Litt

V 101, 22
6
1-c
4
M
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 B
34
6-1-c-4

Digitized by Google

סוגית הנקוד
HOC EST
DE
PUNCTATIONIS
HEBRAICÆ NATURA
COMMENTARIUS
Diſtributus in libros duos
Operâ & Studio

LHARDI DE RAADT,
S. Theolog. & Philoſ. Doctoris, illiuſque
Facultatis in Academiâ Ducatus Gelriæ
atque Comitatus Zutphaniæ
Profeſſoris.



Pro aris & fo

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud ADRIANUM MARSTON
CIↃ IↃCLXXXIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Prudentiſſimis, Virtute & Dignitate conſpicuis Viris,

D. ANTHONIO VERSPREET.
D. JOHANNI ELYSON.
D. JOHANNI SNEL.
D. ABRAHAMO DE SADELER.
D. ABRAHAMO VAN FRIESSEM.
D. JOHANNI POLLIO.

Mercatoribus apud Amſtelodamenſes Celeberrimis, Orthodoxæ Veritatis Promotoribus & Propugnatoribus indefeſſis, Patronis meis ſuſpiciendis

S. P. D.

VIRI SPECTATISSIMI,

Cernitis hic publicas Studiorum meorum Primi-

tias, Nominibus Veſtris inſcriptas, utpote quæ meritò Vobis debentur; quippe cùm, Deo excepto, præcipua ſitis cauſa, quod labores mei hunc qualemcunque acceperint exitum. Gaudeo ſanè mihi quod mearum Meditationum evulgatione opportunitatem nactus ſim publico teſtimonio gratum meum animum Vobis declarandi pro beneficiis verè ingentibus in me collatis; & palàm profitendi quantas, dum ſpiritus hos reget artus,

tus,

tus, debeam Vobis grates:
Quandoquidem igitur hæc
mihi mens eſt, etiam at-
que etiam rogo quod eo
animo dignemini haſce
Primitias excipere, quo
ego illas Vobis offero: tunc
enim Vobis gratiſſimas fo-
re non temerè confido. Eâ
ſpe me oblectans Vobis o-
mnibus omnia fauſta &
læta precor, Deum orans,
ut Vos omnibus donis ſpi-
ritualibus in Chriſto abun-
dè accumulet, atque cle-
menter ſoſpites diu con-
ſervet in Eccleſiæ & Rei-

publicæ bonum, dum Vobis annuentibus ſcribere ſuſtineo quod ſim

VIRI SPECTATISSIMI

Veſtræ Dignitatis

Obſervatiſſimus cultor.

ALHART DE RAADT.

Dabantur Lugduni Batavorum ante Quintum Decimum Kalendarum Octobris Anno cIↄ Iↄ LXXI.

CAN-

CANDIDE LECTOR.

AB *eo tempore*, *quę* Linguæ Hebrææ Fundamenta *addiſcere occepi, in hunc uſque diem, omnibus modis mihi diſplicuit* Grammaticos *ſolere in materiâ de* Pnnctorum Permutatione *explicandâ*, Regularum *numero Tyrones obruere; unde multis* μορμολυκεῖον *eſt, quo ab hujus Linguæ ſtudio abſterrentur. Quum itaque D. Studioſi, qui meâ in* Fundamentis *jaciendu manuductione utebantur, peterent, ut quanto poſſem ſtudio quicquid eo ſpectaret pauciſſimis re-*

gulis comprehenderem iis id denegare non potui. Ubi verò ad hoc animum applicui, poſt varios conatus tandem aliquando totum negotium tam paucis Regulis comprehendi, ut D. Studioſi cuncta quæ, rem adeò operoſam concernebant, unicæ Tabellæ inſpectione contueri potuerint. Poſtmodùm autem nova cogitatio animum ſubiit, videlicet annon, quod Regulis adeò paucis concluſeram, poſſet clariùs & magis ad rationem accommodatâ methodo exponi & in ordinem redigi. Hoc dum volvebam animo, comperi id vix ac ne vix quidem poſſe fieri, niſi in anteceſſum Naturam *harum* Mutationum & Fundamenti, *ſecundum quod inſtitutæ ſunt, indagarem. Illud autem mihi ſummopere arridebat, quia ſatis advertebam, quod, ſi hucuſque penetrarem, non memoriâ, ſed ingenio tantùm res deinceps*

ageretur.

ageretur. *Aliquot itaque* Grammaticas, *quæ mihi potiores videbantur*, *evolvebam*, *hac ſpe quod* Fundamentum *illud forſan alibi reperirem*: *has ubi perreptaveram vidi non paucos Viros Doctos*, *tanquam quod per ſe fidem merebatur*, *dixiſſe*, Vocalem longam abſolvere Syllabam; Vocalem brevem literam poſt ſe *vel* Accentum flagitare, ſi Syllabam abſolveret. *E veſtigio proinde expendere aggreſſus ſum*, *num*, *ſi hoc ſupponerem verum eſſe*, *omnia*, *quæ* Mutationes *dictas concernebant*, *penetrare poſſem*. *Dum hiſce meditationibus intentus eram*, *& in Collegiis* Buxtorfii *Epit omen*, *ſecundum hanc* Hypotheſin *exponebam atque notis illuſtrabam*, *forte fortunâ in meas manus incidit* Grammatica *Doctiſſimi & Celeberrimi Viri* Jacobi Altingii Hebrææ Linguæ *in* Academiâ Gro-

 nin-

ninganâ Profeſſ: meritiſſimi , *quam ubi perlegeram vix dici poteſt quantopere confirmabar: cernebam enim illum eandem pro* Fundamento *locaſſe* Hypotheſin, *eâque mediante cuncta enodare conari. Exinde totum negotium majori cum attentione ponderare inſtitui, & difficultates præcipuè circa* Naturam & Poteſtatem Vocalium *quibus hactenus præpeditus fueram, accuratiùs ad examen revocare. Hiſce dum immorabar*; Cappelli Arcanum Punctationis Revelatum , *quem librum antea propter celebrem de* Antiquitate Punctorum *controverſiam diligentiſſimè triveram, de novo evolvere cepi; memineram enim quod multa de* Vocalium Naturâ & Poteſtate *diſſereret, non temerè itaque exiſtimabam quod multa ibi invenirem, quæ è re meâ forent: at verò cùm ad* Cap. 13. lib. 1.

deveneram,

ctorum Vocalium *&* Accentuum Antiquitate, *quem* Cappelli Arcano Punctationis Revelato *oppoſuit, imò ipſius* R. Eliæ *Argumentis*;) *neceſſarium judicabam illud* Cappelli *Argumentum penitiùs introſpicere. Quod ubi feceram, repperi, non ſine ſummâ voluptate, illud non tantùm ad* Punctorum Antiquitatem *deſtruendam nihil continere, ſed inſuper facem non exiguam accendere ad* Vocalium Naturam *&* Poteſtatem *eruendum; adeoque longè majori cum ratione ſtatui poſſe illud pro* Punctorum Antiquitate *militare, quam adverſus eam: quod mecum concludent, qui haſce meas Meditationes cum curâ perſcrutari dignabuntur. Animum itaque dehinc appuli ad cogitata mea, mediante claritate, quam ex* Cappelli *Argumento conceperam, in chartam conjiciendum. Simulac verò id utcunque feceram quibuſdam Viris Doctiſſimis ſchedas illas*

legen-

legendas exhibui, qui mihi actutum Auctores fuêre quod è veſtigio typis deſcribi curarem. Verumenimverò non neſcius ſecundas curas eſſe meliores, poſt integri anni intervallum omnia de novo perpendi, atque ut ordine ad docendum accommodatiſſimo diſponerē, Mathematicorum *methodum ſelegi; quia videram Nobiliſſ D.* Carteſium *feliciſſimè eorum legiſſe veſtigia ad calcem* ſecund. Reſp. *ubi* Dei Exiſtentiam & Animæ à Corpore Diſtinctionem More Geometrico *demonſtrat. Quamquam autem hæc methodus mihi maximè placuit, non tamen in omnibus eodem modo agere conveniebat; nam* Definitiones *meas non potui, ut* Euclides *fecit, nudè tantùm delineare, quia non ſunt* Nominales, *ſed* Reales, *atque ab uſu hactenus recepto ſemotæ; vix enim una aut altera inter omnes extat, quæ à vulgaribus non recedat: Explicandæ itaque*

que ob hanc cauſam illæ fuêre, & Probandæ; quia fortè nemo aliquas harum admitteret. Id verò meliùs & efficaciùs præſtari non poſſe firmiter perſuaſus eram, quàm ſi ex nominibus, quibus à Maſorethis *inſigniuntur, Argumenta peterem, eaque, ratione ſolâ Duce, exponerem; quippe cùm illi vulgò ſtatuantur* Punctorum Inventores. *Maximum verò incrementum hæ Probationes capient, ubi evicero* Maſoretharum *Primos & Primarios fuiſſe* Viros Synagogæ magnæ, *& inter eos* Ezram, Nehemiam, Haggæum, Zachariam *atque* Malach. *eſſe recenſendos; quod, Deo vitam largiente & otium, præſtare adnitar in Opere quod pro* Bibliorum Hebraicorum Authentiâ *adverſus* Cappellum, *alioſque qui contrariam ſententiam tuentur molior. Poſtquam verò in hunc modum quæ ſcripto conſignaveram expendiſſem, uſumque eorum*

lucu-

luculentum in Collegiis meis vidiſſem petitioni Doctiſſimorum Virorum & precibus D. Studioſorum ampliùs me reſiſtere ſine pudore non poſſe planè videbatur; tradidi proinde quæcunque in ſchedis disjectis continebantur Bibliopolæ imprimenda. Tuo itaque judicio, Candide Lector, haſce meas Meditationes expono, quas, quantum in me fuit, Planas ac Faciles reddere allaboravi; quem in finem quæ obſcuriora videbantur & inſolita largo, & ni multum fallor, perſpicuo Commentario illuſtravi. Fateor me potuiſſe clariùs quædam exponere, ſi ea in ſubſidium vocaſſem, quæ deinceps demum ſuo loco probarentur; verùm quia hoc faciendo non leviter adverſus methodum, quam mihi præſcripſeram, peccaſſem, id conſultò omiſi, nihilque omnino adduxi ad alicujus rei probationem, quod antea non expoſitum & adſtructum eſſet: peto idcirco ne de argumentorum vi & pondere ſen-

deveneram, *conſpexi eum intendiſſe* Novitatem Punctorum *demonſtrare ex eorum* Munere *&* Numero, *atque ex* Vocalium in longas & breves diſtinctione. *Quandoquidem autem ſtabam ab eorum partibus, qui* Punctorum Inventionem *&* Nomenclaturam Ezræ *adſcribunt* (*permotus ad hoc præcipuè Argumentis* Buxtorfii Patris *in ſuâ* Tiberiade,*& Filii in Tractatu de* Punctorū *ſententiam feras antequam omnia perſpexeris*; *ſæpe enim accidit quod Argumentum prioribus Foliis adductum ingens robur accipiat ex ſequentibus*. *Sic ex. gr. quæ habeo* §.6.*Def*.2.*&* 3.*ad adſtruendum quod duo Puncta quæ Naturali Puncto in* Segol *non aliâ de cauſâ adjecta ſint*, *quàm ad arguendum* Segol *multò minùs os adaperire quàm Pathach*, *majorem lucem acquirunt ex iis quæ adducuntur* §.9. 12. *ejuſd. Def. &*

§. 5. *Def.*

§. 5. Def. 11. &c. Hæc ſi memori mente notaveris nullus dubito quin, ſi non magnam, ſaltem aliquam utilitatem ex harum Meditationum ſcrutatione percepturus ſis Quod ſi eveniat voti mei compos ero; laborem enim tædiumque tuum imminuere & Hebrææ lingua ſtudium pro virili promovere, ad Dei honorem & S. Scripturæ intelligentiam planiorem, atque maijorem Eccleſiæ ædificationum, unicus mihi ſcopus fuit. Vale.

COMMENTARII DE PUNCTATIONIS HEBRAICÆ NATURA

LIBER PRIOR.

Complectens Definitiones & quæ ad illas ſpectant.

DEFINITIO I.

Vocalis eſt ſonus per Punctum expreſſus.

EXPLICATIO & PROBATIO.

§. 1. Quandoquidem hîc agimus non tantùm de Naturâ vocalium, ſed de vocalibus prout in Bibliis ſolent exprimi, non potuimus eſſe contenti quo ipſæ vocales contentæ ſunt, ſono videlicet; ſed addere debuimus, majoris evidentiæ ergô, quod per puncta exprimantur: atque operæ pretium duximus duo nomina conſiderare quibus ſolent nuncupari.

§. 2. A *poteſtate* vocantur תנועות, *motiones* vel *motus* latinè dixeris: nam נוע à quo deducitur *moveri* denotat, ut patet ex Jeſai. 7. 2. Cujus nomenclaturæ ratio eſt quod Hebræis *Moveri* idem eſt quod nobis *Pronuntiari*: quibus hac de cauſâ תנוע ipſum *ſonum* deſignat; quia videlicet vocalium motu ſeu ſono literæ motum ſuſcipiunt & pronunciantur; quod R. *David Kimchi* in ſuo *Michlol* in hunc modum interpretatur, pag. 48. col. 1. in medio edit. Bomberg. in folio. לא יוכל אדם להניע אות מבלי ה׳ התנועות hoc eſt, *non poteſt homo movere literam abſque quinque vocalibus.* Et hoc nomen vocalibus eſſentiale eſt; nam vocales non poſſunt eſſe vocales ſine ſono.

§. 3. A *figurâ* verò vocantur נקודות Quod notat *Puncta*: derivatur enim à נקד quod eſt *punctis reſperſum eſſe*, ut apparet ex Gen. 30. 32. hoc nomen apud *Maſórethas* crebrò legitur, ex.gr. Gen 19. 33. ad vocem ובקומה notant נקוד על ו׳ hoc eſt, *Punctatum ſuper literam vau.* & Gen. 18. 9. in eadem *Maſorâ parvâ* ad vocem אליו dicunt נקוד על איו *Punctatum ſuper Aleph, Iod, Vau.* In *Magnâ* verò additur: חד מן׳ נקודי׳ בתור׳ וסי׳ כו׳ במסר׳ רבת׳ ſenſus eſt: *Unum hoc eſt ex decem punctatis in lege, loca autem ejus 26: adducuntur in Maſorâ magnâ*, intellige *Maſoram* quæ eſt ad calcem Bibliorum majorum. Et certè optimè ita appellantur, quandoquidem unico punctulo omnes ſuam debent originem, quæ ſententia Hebræorum Cabbalæ Doctorum quàm vera ſit patebit ad definitionem 2. & 3. hinc Codex, qui literas

voca-

vocalibus ſtipatas exhibet Rabbinis eſt ספר נקוד *liber punctatus*: נַקְדָן *punctator*; נוקדים *ſubtilitatis indagatores*, *Grammatici*, *&c.* Conſtat proinde hoc nomen vocalibus propriè non competere ſed tantùm figuræ earum; vocales enim ſunt vocales, hoc eſt ſonant, licèt punctis non ſint expreſſæ, ut ex. gr. in diſcurſu; ibi enim vocales quidem audiuntur, ſed figuræ non apparent. Ex quibus patet nomen hocce maximè ad nos ſpectare, quandoquidem conſtituimus exponere *Naturam Punctationis*. Quatenus itaque punctis exprimuntur vocales optimè נקודות vocantur; quatenus verò ſonant & literas faciunt moveri, hoc eſt, pronunciari eadem Emphaſi vocales nuncupantur תנועות *motiones* quâ *Græci* eas appellant φωνήεντα ἀπὸ τῆς φωνῆς; & *Latini Vocales* à *voce*, atque *Belgæ Klinkers* à *klinken*, quod *ſonare* denotat: eo ſenſu *Tibullus* alibi canit.

Nunc te vocales impellere pollice chordas:
Nunc precor ad laudes flectere verba meas.

DEFINITIO II.

Vocalis ſimplex eſt ſonus unius Temporis eſſentialis.

DEFINITIO III.

Vocalis duplex eſt ſonus duorum Temporum eſſentialium.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Quoniam hæc vocalium diſtinctio in *ſimplices* & *duplices* fundamentum eſt quo pleraque quæ dicturi ſumus nituntur, operæ pretium erit id clariſſimis argumentis evincere; quod faciemus ubi brevibus quid verba definitionum velint dilucidaverimus. Vulgò vocales Hebræorum dicuntur eſſe 10. & diſtinguuntur in 5. *magnas* & 5. *parvas*, vel in 5. *longas* & 5. *breves*; quæ diſtinctiones non ſatis clarè quantitatem earum nos docent; dubium enim manet quantum *magna* ſeu *longa*, *parvam* ſeu *brevem* ſuperat. Deinde nullo modo punctorum naturam palàm faciunt, videlicet num *magna* vel *longa* vocalis propriam habeat figuram, num ex *parvis* vel *brevibus* conflatam. Adde quod abſurdiſſimè tali diſtinctione generali 5. vocales *magnæ* & *longæ* ejuſdem ſtatuantur eſſe ſpeciei; quum 2. priores meræ vocales ſint. 3. reliquæ autem ex vocali & literâ conflatæ. Quæ omnia ut evitaremus vocales diſtinximus in *ſimplices* & *duplices*, per *ſimplices* eas intelligendo quæ unico puncto abſolvuntur;

quæ

quæ ſunt eædem quas alii *breves* vocant; per *duplices* quæ duobus punctis conſtant, & *longæ* vocari ſolent, quales 2. tantùm agnoſcimus non 5. (3. enim reliquas ſtatuimus tantùm eſſe vocales *ſimplices* quibus per accidens litera ſubjungitur, quæ cum iis in unum liqueſcit.) Prioribus tribuimus *unum Tempus*, hoc eſt, ſimplicem moram, quia vocalis non poteſt ſonare niſi in tempore, & ſimplex niſi in tempore indiviſo & ſimplici: poſterioribus autem *duo Tempora*, quia eas ſtatuimus ſe ad priores habere reſpectu ſoni ut duo ad unum.

§. 2. Hæc inquam noſtra ſententia eſt, quæ quibus præſidiis munita ſit nunc dicere aggredimur: inter quæ cum emineat argumentum, quo antiquitatis punctorum adverſarii diſtinctionem vocalium in *longas* & *breves* debellare moliti ſunt; quodque hactenus pro invicto venditarunt; atque ex eo fundamento cum Cappello concluſerunt puncta non eſſe excogitata ab Ezrâ, ſed novum & futile inventum eſſe tenebricóſorum hominum, quia nulla ratio aut ordo in punctatione eluceſcit, optimè ab eo ſumemus initium. Primus hujus argumenti pro *Novitate punctorum* author eſt *Ludovicus Cappellus Profeſſor Salmurienſis* in libro quem adverſus *Buxtorfium* ſcripſit de *Novitate punctorum quem Arcanum punctationis revelatum* inſcripſit: ſufficiet autem potiora adduxiſſe quia multæ paginæ aliàs adimplendæ forent: hæc itaque habet inter cætera p. 109. *Certè „ non eſt valdè antiqua illa appellatio longarum & bre- „ vium vocalium. primi enim & antiquiſſimi Judæorum*

 „ *Gram-*

„ *Grammatici diſtinxerunt vocales in duas tantùm claſ-*
„ *ſes, nempe in ſeptem* מלכים *Reges & quatuor* חטפים
„ *Puncta rapta. ſeptem Reges erant Camets, Pathach,*
„ *Sere, Segol, Chirek, Cholem, Schurck. puncta rapta*
„ *illis erant, Scheva, tum ſimplex tum triplex compoſi-*
„ *tum: Camets-hatuph autem à Cateph-Camets non*
„ *diſtinguebant: Chirek magnum ſub Chirek parvo com-*
„ *plectebantur; & Kibbuts ſub Schurek ſimpliciter com-*
„ *prehendebant. Poſteriores verò & citeriores Gramma-*
„ *tici Chirek ſine Iod ab Chirek cum Iod diſtinguentes; &*
„ *Camets-hatuph ab Cateph-Camets; atque Kibbuts à*
„ *Schurek deſcernentes Reges vocales fecerunt decem,*
„ *quas in duas claſſes diſtinxerunt, & harum alias Ma-*
„ *gnas nempe Camets &c. alias Parvas nempe Pa-*
„ *thach &c. dixêre: longarum & brevium appellatio à*
„ *Chriſtianis potiùs quàm à Judæis Grammaticis eſt in-*
„ *vecta; nam quas Judæi Magnas & Parvas vocarunt,*
„ *Chriſtiani Longas & Breves dixêre. atque hinc vide-*
„ *tur natus illorum error, qui magnas ſive longas puta-*
„ *runt eſſe duorum Temporum breves verò ſeu parvas*
„ *unius duntaxat Temporis.*

§. 3. Profectò hoc argumento nihil magis aptum eſt ad ſententiam noſtram ſtabiliendum; quod eventus docebit. Utile erit in anteceſſum ipſa *Maſoretharum* verba luſtrare, ut videamus quid illi hac de re ſtatuerint; idque eò magis quia *Buxtorfius* declinat hoc *Cappelli* argumentum; imò concedit hoc eſſe Chriſtianorum inventum: hæc enim ejus verba ſunt in libro de *punctorum antiquitate*, quem *Cappelli Arcano punctationis* repoſuit, pag. 104. in medio, poſt-

quam

quam ex variis Rabbinis varia de vocalium diſtinctione adduxerat: *hæc verò omnia quorſum? 1. Eò ut appareat, fruſtra Revelatorem hîc in diſtinctione iſtâ vocalium in longas & breves refutandâ ſudaſſe; cùm ea non ſit Hebræorum, ſed Chriſtianorum; neque etiam ab his eo ſenſu, quem ipſe ſibi refutandum ſuſcepit, uſurpata: neque denique nos, in reſponſione ad hoc argumentum, ad exceptionem iſtam confugiendum exiſtimemus. De iſtâ verò quæſtione,* an Hebræi olim quoque quantitatem ſyllabarum & longas breveſque habuerunt, *alibi fortaſſis adhuc dicendi dabitur locus;* quod tamen nuſquam fecit. Utile, inquam, erit *Maſorethatum* verba luſtrare ut videamus quid illi hac de re ſtatuerint: *punctum* (-) nomine *Pathach* inſigniunt Gen. 17. 17. ad vocem וַיִּצְחָק nota enim habet ז̇ פת בטע̇ hoc eſt, *ſepties occurrit Accentu hocce notatum cum Pathach*: nuncupant autem illud idem *punctum, Pathach magnum* Gen. 2. 22. ubi & (..) ſimul vocant *Camets parvum*, ad vocem הַצֵּלָע. nota enim talis eſt כן דינו קמ̇ קטון ופתח גדול hoc eſt, *ſic ratio ejus eſt cum Camets parvo & Pathag magno. Puncta* itidem hæc (.) nominant *Camets* Gen. 1. 5. ad vocem לָאוֹר hæc enim nota adjecta eſt ז̇ קמצין hoc eſt, *ſepties occurrit cum Camets.* eodem modo *punctum* (.:) indigitant *Pathach* Exod. 22. 24. ad vocem נֶשֶׁךְ hanc enim notam ei adjecerunt חד כן פתח̇ דספרא hoc eſt, *unum ex Pathachatis hujus libri.* pari ratione *puncta* (אֹ) & (אוּ) quæ ſolent vocari *Cholem* & *Schurek* definiunt *os plenum* & *os contractum* 2 Sam. 6. 23. ad vocem מוֹתָהּ annotarunt enim. ל̇ מל פומ̇ וחד קמיץ פומ̇ ובעת מותה

hoc

,, *Grammatici diſtinxerunt vocales in duas tantùm claſ-*
,, *ſes, nempe in ſeptem* מלכים *Reges & quatuor* חטפים
,, *Puncta rapta. ſeptem Reges erant Camets, Pathach,*
,, *Sere, Segol, Chirek, Cholem, Schurek. puncta rapta*
,, *illis erant, Scheva, tum ſimplex tum triplex compoſi-*
,, *tum: Camets-hatuph autem à Cateph-Camets non*
,, *diſtinguebant: Chirek magnum ſub Chirek parvo com-*
,, *plectebantur: & Kibbuts ſub Schurek ſimpliciter com-*
,, *prehendebant. Poſteriores verò & citeriores Gramma-*
,, *tici Chirek ſine Iod ab Chirek cum Iod diſtinguentes; &*
,, *Camets-hatuph ab Cateph-Camets: atque Kibbuts à*
,, *Schurek deſcernentes Reges vocales fecerunt decem,*
,, *quas in duas claſſes diſtinxerunt, & harum alias Ma-*
,, *gnas nempe Camets &c. alias Parvas nempe Pa-*
,, *thach &c. dixêre: longarum & brevium appellatio à*
,, *Chriſtianis potiùs quàm à Judæis Grammaticis eſt in-*
,, *vecta; nam quas Judæi Magnas & Parvas vocarunt,*
,, *Chriſtiani Longas & Breves dixêre. atque hinc vide-*
,, *tur natus illorum error, qui magnas ſive longas puta-*
,, *runt eſſe duorum Temporum breves verò ſeu parvas*
,, *unius duntaxat Temporis.*

§. 3. Profectò hoc argumento nihil magis aptum eſt ad ſententiam noſtram ſtabiliendum; quod eventus docebit. Utile erit in anteceſſum ipſa *Maſoretharum* verba luſtrare, ut videamus quid illi hac de re ſtatuerint; idque eò magis quia *Buxtorfius* declinat hoc *Cappelli* argumentum; imò concedit hoc eſſe Chriſtianorum inventum: hæc enim ejus verba ſunt in libro de *punctorum antiquitate*, quem *Cappelli Arcano punctationis* repoſuit, pag. 104. in medio, poſt-

quam

quam ex variis Rabbinis varia de vocalium diſtinctione adduxerat: *hæc verò omnia quorſum? 1. Eò ut appareat, fruſtra Revelatorem hîc in diſtinctione iſtâ vocalium in longas & breves refutandâ ſudaſſe; cùm ea non ſit Hebræorum, ſed Chriſtianorum; neque etiam ab his eo ſenſu, quem ipſe ſibi refutandum ſuſcepit, uſurpata: neque denique nos, in reſponſione ad hoc argumentum, ad exceptionem iſtam confugiendum exiſtimemus. De iſtâ verò quæſtione,* an Hebræi olim quoque quantitatem ſyllabarum & longas breveſque habuerunt, *alibi fortaſſis adhuc dicendi dabitur locus*; quod tamen nuſquam fecit. Utile, inquam, erit *Maſoretharum* verba luſtrare ut videamus quid illi hac de re ſtatuerint: *punctum* (-) nomine *Pathach* inſigniunt Gen. 17. 17. ad vocem יִצְחָק nota enim habet ז׳ פת׳ בטע׳ hoc eſt, *ſepties occurrit Accentu hocce notatum cum Pathach*: nuncupant autem illud idem *punctum*, *Pathach magnum* Gen. 2. 22. ubi & (..) ſimul vocant *Camets parvum*, ad vocem .הַצֵּלָע nota enim talis eſt כן דינו קמ׳ קטון ופתח גדול hoc eſt, *ſic ratio ejus eſt cum Camets parvo & Pathag magno. Puncta* itidem hæc (.) nominant *Camets* Gen. 1. 5. ad vocem לָאוֹר hæc enim nota adjecta eſt ז׳ קמצין hoc eſt, *ſepties occurrit cum Camets*. eodem modo *punctum* (.:) indigitant *Pathach* Exod. 22. 24. ad vocem נֶשֶׁךְ hanc enim notam ei adjecerunt חד מן פתחי׳ דספרא hoc eſt, *unum ex Pathachatis hujus libri*. pari ratione *puncta* (אֹ)& (אוּ) quæ ſolent vocari *Cholem* & *Schurek* definiunt *os plenum* & *os contractum* 2 Sam. 6. 23. ad vocem. מוּתָהּ annotarunt enim. ל׳ מל׳ פום וחד קבוץ פום וכעת מותה

hoc

hoc eſt, *non amplius extat cum ore pleno*; *ſed unum eſt cum ore contracto*, *nempe* יִּכְעַת מוּגָה quod tantùm legitur 1 Sam. 4. 20. (ׂ) igitur eſt *os plenum* & (ֻ) *os contractum*. Quæ ſi perpendamus advertemus *Maſorethas* (ָ) *Camets magnum* reſpectu (ֵ) *Sere*; & (ַ) *Pathach*, vocaſſe *Pathach magnum* reſpectu (ֶ) *Segol*; atque (ׂ) *Cholem*, *os plenum*, in oppoſitione ad (ֻ) *Schurek* quod appellant *os collectum*.

§.4. Ex quibus diſcimus ſingula puncta *Maſorethas* non tantùm ſeparatim conſideraſſe verùm etiam ſecum invicem contuliſſe; nam propriis aliis nominibus illa inſignivere *Maſoretha*; (quod *Cappellus*, neſcio quâ fronte, negat; cùm ipſe *Elias* Patronus omnium qui punctorum antiquitatem oppugnant & antiſtes in præf. 4. lib. *Maſoreth hammaſoreth* pag. mihi 75.) ut Exemplum demus videatur Lev. 13. 49. ipſorum nota marginalis ad vocem בְּעֵרֶב; ibi enim nomina *Sere* & *Segol* his vocalibus (ֵ & ֶ) dant. *Camets* ergo *Maſorethis* ſemper eſt *Camets*, & *Pathach* ſemper eſt *pathach*, ſive abſolutè ſive comparatè ſumantur: at verò *Sere* eſt *Sere* & *Segol* eſt *Segol* ubi abſolutè conſiderantur; cum autem confertur *Sere* cum *Camets* ſemper vocatur *Camets Parvum*, & *Segol* in ordine ad *Pathach* ſemper *Pathach parvum* audit; ut & *Cholem* quod aliàs ſemper *Cholem* vocatur in oppoſitione ad *Kibbuts* ubique *Os plenum* dicitur, *Schurek* autem è contra *Os collectum*. Huc accedit quod nomina illa *Sere*, *Segol* & *Cholem* nihil niſi figuram punctorum delineant & *Chirek* ſonum; *Sere* enim notat *Cardines* quibus

ſimilia

ſimilia ferè ſunt duo hæc (..) puncta: *Segol botrum* quem repræſentant tria puncta (∴) ejus: *Cholem* autem *vitellum ovi*, quod rotunda etiam figura (.) docere poteſt: *Chirek* verò *ſtridorem* qualem in prolatione vocalis (*i*) audimus. Cauſam verò quare *Maſoretha* contulerint vocales inter ſe ipſa nomina ſatis ſuperque nos docent: Camets enim quia deſcendit à themate קמץ quod de manu in cumulum collectâ uſurpatur Lev. 5. 12. notat iſtiuſmodi *collectionem ut medium ſit vacuum & aptum quid recipere*. *Pathag* autem cujus radix eſt פתח quod *aperire* notat & de manu clauſâ aperiendâ uſurpatur, Deut. 15. 8. *apertionem ejus quod clauſum eſt* deſignat. Reſpexere ergo collectionem & apertionem hiſce nominibus, cujus verò niſioris?id palàm arguunt nomina quibus (ֹ) & (ֻ) nuncuparunt videlicet מלא פום & קבוץ פום hoc eſt, *Os plenum* & *Os contractum* מלא enim unde מַלֵ defectivè ſcribitur *adimplere* ſignificat, ut videre eſt Exod. 40. 34. & פום *Os* deſignat, apud Chaldæos, confer textum Hebræum & paraphraſin Jonathanis Exod. 4. 10. קבץ autem, unde *Kibbuts* deſcendit, propriè notat *collectionem turmæ alicujus ut videatur turgeſcere*, quo ſenſu legitur Deut. 13. 16. Vocales ergo a *Maſorethis* inter ſe conferuntur reſpectu habito ad conſtitutionem oris dum proferuntur. Quæ cùm ita ſint placet ex hoc fundamento naturam vocalium indagare, & in ipsâ indagatione oſtendere, quomodo hoc ipſo argumento, quo *Cappellus* vocalium in *magnas* ſeu *longas* & *parvas* ſive *breves* diſtinctionem refutare allaborat, illa dicta differentia demonſtretur.

§. 5. Hoc

§.5. Hoc pacto itaque ſeptem *Reges* ſolent pingi. *. Vidimus *Pathach* notare apertionem rei clauſæ, cùm ergo hîc ad os reſpicitur notabit ex mente *Maſorethurum* illam vocalem quæ os primò aperit, & quidem ita ut inferius labium maximè moveat; collocatur enim infra literam: jam verò non tantũ conſtat apud omnes (*a*) primum naturalem ſonum eſſe ſed etiam unuſquiſque experietur, (*a*) maximè movere labium inferius, & maximè os aperire: (*e*) enim &

*

Nomen abſolutum.	Figura.	Situs.	Poteſtas.	Nomen relativum.
Pathach	◌ַ	אַ	a	Pathach magnum
Segol	◌ֶ	אֶ	e	Pathach parvum
Chirek	◌ִ	אִ	i	
Cholem	◌ֹ	אֹ	o	Os plenum
Kibbuts	◌ֻ	אֻ	u	Os Collectum.
Camets	◌ָ	אָ	o a	Camets magnum
Sere	◌ֵ	אֵ	e e	Camets parvum

(*i*) parum os diſtendunt, & (*o*) atque (*u*) id iterum contrahunt poſtquam jam apertum eſt per alias vocales: ſequitur ergo quod per *Pathach* vocalem (*a*) deſignarint; Quodque propter hanc cauſam ei maximam figuram omnium dederint.

§.6. Vidimus deinceps *Maſorethas*, ubi *Segol* cum *Pathach* conferunt, illud vocare *Pathach parvum* & hoc *magnum*; ex quo diſcimus quid de ſequenti vocali ſit ſtatuendum: id enim reſpectu figurarum verum non eſt, quoniam *Segol* tribus punctis gaudet & *Pathach* unico craſſiuſculo & longiori abſolvitur, ut ex ſchemate adjecto liquet: reſtat ergo ut reſpectu conſtitutionis oris id intelligatur. Hæc ergo vocalis ſecundum *Maſorethas* parvam efficit oris apertionem in ordine ad *Pathach*: ab aperiendo nihilominus nomen habet; ex quo patet illam os non contrahere. Inſuper cum ponatur infra literam labium inferius maximè moveat perſpicuum eſt, valeat ergo vel (*e*) vel (*i*) oportet; cum (*o* & *u*) os non aperiant ſed contrahant, inferius labium attollant & ſuperius maximè moveant. Quod autem (*e*) ſit, clarum eſt, quia naturalis ordo flagitat quod (*e*) ſequatur poſt vocalem quæ os clauſum primò aperit; deinde quia (*i*) non tam aperit os quàm coarctat, præcipuè interiora ejus; (*e*) autem eodem modo os aperit ac (*a*) licèt minori ſpatio contenta ſit. Naturâ vocalis (*e*) demonſtratâ, reſtat figuræ reddamus rationem: omnia illa puncta non pertinere ad eſſentiam hujus vocalis nobis exprimendam, ut ita loquar, per ſe evidens eſt; deberet enim multò

magis

magis ſimplici puncto contenta eſſe, quam (*a*) quia multò minus os aperit quam (*a*) & cum eâ vocali eatenus confertur. Si quis dicat ea duo puncta addita eſſe propter figuram, dicet illud quod nullo modo ipſe intelligit, imò nec intelligi quidem poteſt; quare enim figuram ei dederunt tribus punctis conſtantem? at verò ſine ratione & causâ velle credere id feciſſe *Maſorethas* abſurdum eſt: prætérquam enim quod nullum ejus rei fundamentum dari poteſt; ex iis quæ ex *Maſorethis* audivimus de vocalibus ſatis apparet eas non ſine ratione puncta ita ordinaſſe, quod clariſſimè patebit, ubi cætera adduxerimus quæ habent. Si rem itaque cum ratione introſpiciamus, patet quod ſi (*a*) & (*e*) voluerint accommodatè exprimere *Maſoretha* per puncta; illos ſi pro (*a*) poſuerint punctum oblongum, pro (*e*) debuiſſe ponere exilius punctum. Patet præterea eos, ſi voluerint lectores docere (*a*) magis os aperire quàm (*e*) debuiſſe aliquid puncto quod (*e*) repræſentat addere quo id ſignificaretur: cùm itaque duo puncta ei adjunxerint patet eos per hæc duo puncta id expreſſiſſe. Puncta itaque illa ſunt indicium quod (*e*) minus os aperiat quam (*a*) & nihil aliud ex mente *Maſorethaerum*: Nam non poſſunt eſſe indicia vocalium, quia ſic (*e*) multò major eſſet vocalis quam (*a*) & multò magis os aperiret, quod falſiſſimum; & abſurdum eſt cogitare quod nullâ de causâ addita ſunt. Poſſemus id novo argumento demonſtrare ſi vellemus hîc quædam aſſumere quæ plerique Grammatici nobiſcum de *Schevate* ſtatuunt;

tuunt; verùm quia maluimus à notis ad ignota progredi, nihil ponendum erat quod hactenus non expenſum eſſet & probatum.

§. 7. Tertium punctum ordine quod & infra literam ſcribitur, ut in Schemate apparet, vocatur *Chirek* à ſtridente ſono quem edit dum effertur; radix enim à quâ oritur eſt חרק, quod *frendere* notat *dentibus*, vide Pſ. 37. 12. Sit ergo oportet vocalis in cujus prolatione inferius labium maximè agit & quæ ſtridori dentium ſonum non habeat abſimilem. At verò hæc vocali (*i*) propria ſunt, illa enim eget labio inferiori dum profertur, labiumque ſuperius immotum relinquit, atque per exiguam dentium apertionem ſibilo quodam elabitur; ex quibus ſponte ſequitur quod valeat (*i*) ut viſum eſt. Quandoquidem autem cum nullâ aliâ vocali confertur à *Maſorethis*, ut minor reſpectu majoris, hinc puncto abſolvitur ſimplici; Ex quo rurſus patet duo puncta in *Segol* indicare ejus exiguitatem in collatione ad *Pathach.*

§. 8. Punctum ordine quartum eſt *Cholem*, quod ſupra literam pingitur, ut viſum, & à *Maſorethis* in ordine ad *Schurek* vocatur מלא פום *Os plenum*. Figura eſt ergo vocalis quæ labium ſuperius maximè movet, ita tamen ut totum os ſuo ſono adimpleat, atque ita coarctet. Ex quibus ſequitur quod (*o*) denotet; nam quando (*o*) proferimus hæc omnia in nobis experimur. Adde quod reſpectu vocalis ſequentis os adimpleat, quæ ſequens nec (*a*) nec (*e*) nec (*i*) eſſe poteſt quia & (*a*) & (*e*) & (*i*) os non coarctant

ſtant & inferius ſolummodo labium movent; ac proinde ſi ſimplex ſit (*u*) eſt, quod ſequenti articulo demonſtrabimus; at verò longè magis os adimpletur dum proferimus (*o*) quàm in prolatione vocalis (*u*): ſi enim quis (*o*) pronunciat advertet aërem omnem oris cavitatem adimplere à faucibus ad labia uſque; ſi verò (*u*) pronunciet poſt (*o*) percipiet aërem genas derelinquere eaſque arctè contrahi.

§. 9. Reſtat punctum quintum, quod *Kibbuts* nuncupatur, hoc eſt, ut ex §. 4. conſtat, talis *contractio oris* ut turgeſcere videantur labia; hoc punctum in ordine ad (*o*) vocatur à *Maſorethis* קבוץ פום *coarctatio oris* ut vidimus §. 4. eſt ergo nota vocalis quæ quando profertur os non ita adimplet ut (*o*) ſed labia turgeſcere facit & os coarctat. Ex quibus ſequitur quod (*u*) ſit: non enim (*a*) (*e*) vel (*i*) eſt, multò minùs (*o*) quia ei opponitur & in prolatione vocalis (*u*) quæ de hocce puncto dicuntur obſervamus. Cùm autem conſtet (*u*) cum (*o*) conferri à *Maſorethis* ut minus os claudens; ſequitur quod non poſſint tria requiri puncta ad eam exprimendam; cum (*o*) per unicum punctum repræſentetur: nam hoc ipſo doceretur triplo major eſſe (*u*) quàm (*o*) quum revera multò minùs os adimpleat, ut notum eſt; ſi enim unum punctum ſufficiat ad (*o*) exprimendum, & tria requirantur puncta ad (*u*) exprimendum, utique triplo major (*o*) ſit neceſſe eſt: clarum eſt itaque hæc duo puncta quibus figuram (*o*) ſuperat (*u*) non eſſe notas vocalium, ſed indicia

exigui-

exiguitatis reſpectu (*o*) planè ut in *Segol* vidimus. Quandoquidem enim omnes vocales communi nomine à *Maſorethis* vocantur נִקּוּד, hoc eſt, *puncta* non poteſt vocalis ſine puncto repræſentari: ſingula itaque vocalis requirit ad ſui repræſentationem unum ad minimum punctum; cum itaque (*a*) per unum punctum repræſentetur, ſequitur nullam vocalem ſimplicem poſſe plura requirere ad ſui figuram; quoniam (*a*) omnes ſuperat ſimplices oris apertione: (*e*) itaque (*i*) (*o*) & (*u*) ſimplici puncto contentas eſſe oportet, & quia minores poteſtate vocali (*a*) minori: quod accuratè *Maſorethæ* obſervarunt; dederunt enim vocali (*a*) ut matri omnium vocalium, quia os primò aperit & maximè aperit punctum cætera ſuperans quibus reliquæ vocales exprimuntur. Unum proinde in *Segol* & in *Kibbuts* punctum vocalem repræſentat & duo reliqua exiguitatis indicia ſunt reſpectu vocalium cum quibus conferuntur: *Maſorethæ* itaque hoc volentes exprimere cùm curâ, ne *Kibbuts* cum *Segol* confunderetur, duo illa puncta ſpuria quæ exiguitatem ejus præ (*o*) indicant ordine inverſo puncto genuino ſuppoſuerunt. Reſtat unica difficultas quam facilè tollimus, videlicet quod hæc tria puncta infra literam collocentur, cùm vocalis (*u*) ex æquo utrumque labium moveat; coarctat enim & turgeſcere facit dum profertur ſuperius & inferius labium ex æquo, quod quiſque dum (*u*) pronunciat clarè advertit: debebat ergo ad literæ medium collocari. Fateor id ita eſſe, & *§.* 16. patebit quod ſem-

per

per ibi collocetur hocce punctum ſimulac duo puncta ſpuria abjicit; at verò quia in ventre literarum *Dages* aliquando exprimendum venit; atque ita, ſi *Kibbuts* ad latus literæ ſtaret, quatuor puncta ſimul intra literas duas continerentur, confuſionis vitandæ ergô *Kibbuts* infra literam collocare *Maſorethis* placuit.

§. 10. Atque ita demonſtravimus Naturam horum quinque punctorum, invenimuſque quod ſingula unico punctulo ſeorſim ſpectata conſtant: Quandoquidem ergo nulla vocalis ſimpliciori figurâ poſſet exprimi quàm unico punctulo, hinc ſimplices illas vocavimus vocales quæ unico punctulo conſtant, ut ſic dicam, eſſentiali; ſpuria enim puncta duo quæ in *Segol* & *Kibbuts* inveniuntur non pertinent ad figuram vocalium (*e*) & (*u*) quatenus vocales ſunt, ut oſtendimus §. 6. & 9. Hoc loco notandum erit quod. 5. iſtis vocalibus dictis os clauſum primò aperiatur maximâ aperturâ, deinde contrahatur magis magiſque donec in ultimæ vocalis prolatione ferè claudatur: (-) enim cùm prima ſit ut oſtendimus §. 5. prima vox ſit neceſſe eſt; ac proinde prima oris in pronunciando apertio, & maxima quia clariſſima eſt; quod & nomen arguit: huic (.) ſuccedens, (illam enim poſt (*a*) immediatè ſequi probatum dedimus §. 6.) oris apertionem per (*a*) factam modicè imminuit: (*i*) deinde, quã tertiam ordine eſſe evicimus §. 7. os adhuc aliquantò magis quàm (.) coarctat (*ô*) autem quæ quarta ordine eſt ut demonſtravimus §. 8. longè magis aperturam immi-

imminuit; quia os adimplet ſuo ſono, non verò largiter effundit inſtar (-) aut expellit ut (.,) & (:): tandem (.,) quam quintam ordine eſſe adſtruximus §. 9. vix elabi poteſt per contracta & corrugata labia. Ex quibus ſequitur non poſſe plures ſimplices vocales dari, quia ipſæ os adaperiunt & ſenſim claudunt; ante (*a*) ergo nihil poteſt ſonare & poſt (*u*) ob eandem cauſam etiam nihil. Hinc patet reliquas duas vocales quæ inter ſeptem Reges numerantur, & à nobis in Schemate 5 dictis poſtpoſitæ ſunt debere vel duplices eſſe ejuſdem generis vel mixtas.

§. 11. Ut de priori initium faciamus, illa à *Maſorethis* abſolutè *Camets* & in oppoſitione ad ſequentem *Camets magnum* nuncupatur, ſcribiturque non conjunctim ſed diviſim, Puncto videlicet lineolæ ſubjecto; (quali modo nos illam exprimere non potuimus in Schemate quia punctum illud ſemper lineolæ annectitur, ut faciliori negotio à typothetis poſſet literæ ſubjici; rogamus itaque lectores ut hujus rei memores ſint & quod operæ exprimere non valebant ſibimet ipſis repræſentent: ita enim accuratiſſimi codices habent & typographi curioſi ſolent exprimere; videatur Plantiniana editio Grammaticæ *Joannis Iſaaci* in 4. anno 1564 pag. 3. Biblia Stephani Hebraica in 4. &c.) & quidem infra literam. Figura indicat quod ſonus ille miſceri debeat ex (-) *Pathach* & (.) reſtat ergo demonſtremus quamnam aliam vocalem punctum illud denotat. Cum non ſit (*a*) eſt enim punctulum exiguum debet eſſe vel (*e*) vel (*i*) vel (*o*) aut denique (*u*) quia

nulli alii ſimplices ſoni ſunt ut viſum §. 10. & ſimplex ſonus eſſe teneatur quia ſimplici puncto exprimitur ut docuimus §. 9. 10. At verò à *Colligendo* nomen habet, ac proinde ſi totus ſonus ſumatur debet magis os, dum pronunciatur, *colligere* quàm *aperire*; alioquin enim *Pathach* eſſet nuncupanda hæc vocalis non verò *Camets*. Ordine igitur ut Progrediamur, dicimus illud punctum non eſſe *Segol*, nam cùm *Pathach* maximè aperiat & *Segol* etiam aperiat; eatenus enim nomine *Pathach* venit in oppoſitione ad *Cholem & Kibbuts*, potius *Pathach* nuncupanda ea vocalis fuiſſet quam *Camets*. Ob eandem cauſam non poteſt punctum infra *Pathach* eſſe (*i*) quia (*i*) non colligit os multo magìs quàm (*e*) quod quiſque advertere poteſt quando (*e*) & (*i*) cum curâ pronuntiat: deberet itaque rurſus potius *Pathach* hæc vocalis vocari quam *Camets*: reſtat ergo (*o*) ſit vel (*u*) non poſterius quia (*u*) non ita coarctat os ut medium maneat vacuum ad ſonum ex gutture intra ſuam convexitatem recipiendum, ut §. 8. 9. vidimus; at vero קמץ id denotare oſtendimus § 4. ſed econtra קבוץ os corrugat & labia turgeſcere facit, quod probatum dedimus §. 9: neceſſe ergo eſt quod ſit prius; quod & circumſtantiæ ſoni evincunt; nam os adimplet ſuo ſono et colligit labia quemadmodum §. 8. oſtendimus; libet tamen id evidentius docere ex ipſarum vocalium collatione & ſerie ita ergo illæ, uti conſtat, ſibi invicem ſubſequuntur. (-) (ˇ) (ı) (ȯ) (⋅.) cum itaque oſtendimus (-) maximè aperire os, & cæteras ordine magis

ma-

imagiſque os coarctare, donec tandem (ˆ) id ferè claudat, ſequitur ſi (-) & (ˆ) conjungas illas vocales ſimul efficere idem quod geminum (ı) nam (ı) æqualiter diſtat ab (-) ac ab (ˆ) hoc eſt dimidio minùs os aperit quàm (-) & dimidio minùs claudit os quàm (ˆ) quod ſi verum ſit, ut eſt, patet geminum (ı) tantundem eſſe ac bis dimidium (-) & bis dimidium (ˆ) hoc eſt quam totum (-) & totum (ˆ) Ex quibus ſponte fluit punctum quod τῶ (-) ſubſcribitur non poſſe eſſe (ˆ) quià ſic magis aperiret quàm duo (ˆ) neque (ı) quià tunc ferè æqualiter aperiret os quàm duo (.) quia itaque non eſt (ˆ) ut viſum, neceſſe eſt quod ſit (ȯ). Ex quibus manifeſtiſſimè ſequitur *Cholem* non eſſe vocalem æqualem τῶ *Camets* ſed dimidium ejus tantùm; ac proinde ſi *Camets duplex* ſit *Cholem* eſſe *ſimplicem*, licet contrarium hactenus omnes ſtatuerint. Quod autem potius à *colligendo* quàm ab *aperiendo* nomen acceperit, hinc factum eſt, quod prius in ejus prolatione auditur *Cholem* quàm *Pathach*, ut oſtendit univerſalis experientia; ſimulac enim aliquid partem ipſius poſteriorem corripit in (*o*) degenerat, non verò in (*a*) quod tamen debebat eſſe ſi (*a*) eſſet ejus prima pars. *Camets* ergo valet (*oa*) ſed indiviſo ſone proferri debet. At verò dicet quis ſi *Cholem* in *Camets* prævalet, cur ergo non ſcribitur ſupra literam? imò deberet neceſſariò ibi ſcribi ſi deſineret in oris collectionem; quià autem ad pronunciandum (*o*) labia adducta ſunt, & ad pronunciandum (*a*) poſt (*o*) labium inferius diducendum ſuperiori

manente immoto , hinc meritò infra literam collocatum fuit.

§. 12. Ultimus dictorum ſeptem ſonorum, quos *Reges* appellant, eſt *Sere*, quod infra literam pingitur ut ex Schemate apparet; conferturque cum *Camets*, atque in ordine ad illud vocatur *Camets parvum*; quo deſignatur quod os minùs quàm *Camets* adimpleat aut colligat: quæ cum ita ſint reſtat oſtendamus qualia illa puncta ſint. Ad quod indagandum nobis facem præbent quæ. §. 11. adducta ſunt. Primò itaque illa duo puncta ponamus eſſe ejuſdem generis, deinde verò diverſi, ut omnibus enumeratis & ordine expenſis concludamus qualia eſſe debeant. Si utrum que punctum foret (∴) conſtituerent *Camets magnum* non verò *parvum*; nam geminum (∴) os magis coarctat quàm (ȯ) & (-); (-) enim *apertio* eſt cum (∵) ſit *coarctatio oris* : neque duo (ō) ob eandem cauſam neque duo (ı) quia duo (ı) æque aperiunt & claudunt os ac (-) & (∴) ut ex ſerie vocalium liquet & ex dict. §. 11. (ȯ) autem aliquantò minus claudit os quàm (∴) minus itaque aperiunt os duo (ı) hoceſt magis claudunt quàm (-) & (ȯ): eſſent itaque duo (ı) *Camets magnum* reſpectu (-) non verò parvum : non ſunt etiam (∵) & (ȯ) quia tunc etiam collectionem majorem oris quàm (-) & (ȯ) cauſarent, ut liquet : & ſic rurſus *Camets magnum* forent neque (∴) & (ı) nam (∵) aliquanto adhuc magis coarctat os quàm (ō), & (ı) multò minus aperit quàm (-) quod iterum refragatur nominum impoſitioni: neque (∴) & (ᵥ) nam (ᵥ) etiam minùs aperit quàm (-) ut oſtendimus: neque (∴)

& (-)

& (-) quia (·.), ut aliquoties dictum, aliquantò magis coarctat quàm (ȯ) & præterea figura ⁕ *Pathach* non eſt in (-): Deinde neque ſunt (ȯ) & (ṭ) quia (ṭ) minus aperit quàm(-)& propter eandem cauſam neque (ȯ) & (·.): non ſunt etiam (ȯ)& (-) quia ſic forent æqualia cùm ponantur inæqualia à *Maſorethis*. Tandem neque ſunt (ṭ) & (ᵛ) quia etiam ſic forent æqualia, ut enim (-) ſuperat (ᵛ) aperiendo ſic viciſſim (ȯ) ſuperat (ṭ) claudendo ; eſt enim eadem inter (-) & (ᵥ) quæ inter (ȯ) & (ṭ) diſtantia. Quandoquidem ergo ſolummodo reſtant duo (-) & duo (·.) neceſſe eſt vel hæc vel illa ſint; non ſunt autem duo (-) quod figura docet, & ipſum nomen oſtendit; deberent enim vocari *Pathach* non verò *Camets*, quia nullo modo os colligunt duo (-): ſint ergo duo (·.) neceſſe eſt: et de duobus (ᵛ) hoc jure merito dici poteſt in ordine ad (ᵥ) quod os minùs contrahant: (ᵛ) enim proximum locum occupat ad (-) & duobus locis poſt (ᵛ) demum ſequitur (ȯ). Quia ergo (ᵥ) proximus ſonus eſt ad(-)& ſecundus ante(ȯ)ſequitur quod ſi bis ſumatur minùs claudat os quàm ſi (-) & (ȯ) ſimul ſumantur. Atque ita hinc clariſſimè licet concludere, puncta illa duo, quæ *Segol* præter nativum ſuum punctum habet, ſpuria eſſe; nam *Maſorethæ* geminum *Segol* exprimunt per duo puncta tantùm. Ex hoc argumento novum robur accipiunt quæ de *Kibbuts* diximus, videlicet duo puncta in eo ſpuria etiam eſſe; eaque eſſe à *Maſorethis* adjecta puncto eſſentiali ut indicarent *Kibbuts* os longè minus adimplere quàm *Cholem*.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. 13. Agnoſcunt ergo *Maſorethæ* vocales *duplices*, *duplices* quæ ex *ſimplicibus* componuntur. *Camets* enim ipſis, licèt (-) habeat, quod aperit & quidem maximè, eſt *Camets*, hoc eſt, *collectio oris*; quod propterea ex altero puncto oriri neceſſe eſt: atque ita ex duobus punctis videlicet (ȯ) & (-) ſeu duabus ſimplicibus vocalibus conſtat. Ita & *Sere* geminum (*e*) eſt *Maſorethis*, ex duobus (˙) conflatum. Tantum ergo abeſt, argumentum, quod *Cappellus* adverſus diſtinctionem vocalium movet, contra nos eſſe, ut eo ipſo & verbis *Maſorethárum* quibus hoc argumentum nititur, noſtram ſententiam demonſtraverimus de diſtinctione vocalium in *ſimplices* & *duplices*; quod pro Achilleo habent omnes novitatis punctorum Patroni. Duo itaque deficiunt in hoc argumento, nempe debebat probare quod *Maſorethæ* vocales *duplices*, quas alii *longas* vocant oppoſuerint *ſimplicibus* quatenus vocales ſunt; & quod *Maſorethæ duplicem duplici*, ut longiorem, oppoſuerint; Quorum nullum veſtigium in argumento adeò decantato extat; opponunt enim *Camets* τῷ *Sere* quatenus *Camets* eſt, hoc eſt quatenus os magis quam *Sere* colligit, & *Pathach* τῷ *Segol* quatenus *Pathach* eſt, hoc eſt quatenus aperit os magis quàm *Segol*.

§. 14. Dictis ſeptem vocalibus omnes adjungere ſolent tres alias quarum hæc eſt delineatio. *

Nomen

Nomen	Chirek magnum	Cholem	Schurek
Figura.	ִי	וֹ	וּ
Poteſtas.	*ii*	*oo*	ȣ

Ordine ſingulas expendamus, ut pateat quid, de iis ſtatuendum ſit. Prima, ut diximus, vocatur vulgò *Chirek magnum*, & collocatur infra literam; locus puncti proinde & nomen arguunt quod ſit (*i*) ut ſupra §. 7. oſtendimus, atque in eo tantùm differt à *Chirek* ſimplici, quod (י) ſibi adjectum habeat. At verò cùm *Maſorethæ* vocales appellaverint נקודות *Puncta*: ex §. 3. definit. 1. id quod punctum non eſt non poteſt eſſe vocalis figura, ac proinde hoc (י) conſona ſit neceſſe eſt & non vocalis. Quod ſi verum, non valet (*i*) ſed (*j*) atque ita poſt vocalem (*i*) in eâdem Syllabâ conſonare nequit; nam ex. gr. (לִי) non poſſum aliter efferre quam (*Lij*) ſed ſi לַי ſcribam legam (*Laj*) & exaudietur (י) ut conſona: ſi enim (לִי) aliter legerem quam (*Lij*) utique neceſſe eſt aliam vocalem ſub (י) fingam eſſe; ut ex. gr. ſi legerem *Lije* adjungerem (*e*) præter id quod ſcriptum eſſet; atque ita unam ſyllabam (לִי) in duas dirimerem contra omnem rationem: Nam ſi (לִי) non ſit monoſyllabum, quomodo (לִב) erit monoſyllabum; imò quo-

quomodo unquam conſona ultima cum vocali præcedenti efferretur? Quia ergo (ִ) poſt *Chirek* non poteſt audiri ut (י) non auditur poſt *Chirek* ut Conſona; ſed tantùm eſt pars ſyllabæ ejuſdem cum *Chirek*. Evidentiſſimè quod diximus patet ex notâ, quam *Maſorethæ* adſcripſerunt voci וַיְבִאֶהָ, Gen. 2. 22. quæ hæc eſt in *Maſorâ parvâ*: ב׳ חסר, hoc eſt, *duo defectiva ſunt*, & in *Maſorâ magnâ* ויבאה ד׳ ב׳ מלאים וב׳ חסרים hoc eſt, *illud*) *verbum quater occurrit, bis plenè & bis defectivè*, *ſi* וַיְבִאֶהָ *defectivum* eſt juxta *Maſorethas* hoc in loco & etiam Gen. 24. 69. (ubi eodem modo ſcribitur, quem locum & hîc in *Maſorâ magnâ* exprimunt; & ad illum ipſum locum eandem notam quam hîc legimus; atque in *Maſorâ parvâ* Gen. 24. 69. dicunt ב׳ חס׳ בספ׳ ת׳ hoc eſt, *hæc vox bis defectiva eſt in lege*) *plenum* autem 1 Reg. 3. 1. & Dan. 9 14. ubi legitur וַיְבִיאֶהָ, (nam ad 1 Reg. 3. 1. in *Maſorâ parvâ* notatum reperimus ד׳ ב׳ מל׳ וב׳ חס׳ hoc eſt, *quater occurrit bis plenè & bis defectivè*) utique vocalis non eſt *defectiva* illo in loco ſed ipſa ſyllaba, ipſa vox tantùm. Sed audiamus plenam notam *Maſoretharum* ad Gen. 2. 22. ut hoc negotium plenè percipiamns, ויבאה ד׳ ב׳ מלאים וב׳ חסרים וסי׳ ויבאה אל האדם ׳ ויבאה יצחק האהלה חס׳ ׳ מל׳ ויתחתן שלמה ׳ וישקד ה׳ על הרעה ſenſus eſt, ויבאה *quater legitur, bis plenè & bis defectivè, & loca ſuut; & adduxit illam ad Adamum* (quæ ſunt verba textus Gen. 2. 22.) *& duxit illam Iſack in tentorium ſuum* (quæ leguntur Gen. 24. 69.) *hæc ſunt defectiva; plena verò occurrunt in locis ubi legitur, & Salomon affinitatem iniit* (quæ extant

extant 1 Reg. 3. 1.) *& vigilavit Deus ſuper malo* (quæ pars ſunt verſus 15. cap. 9. Danielis) ſi ergo, inquam, וַיְּבִאֶהָ quod in duobus prioribus locis occurrit ſit *defectivum* & וַיְּבִיאֶהָ quod in duobus aliis reperitur *plenum*; ſequitur hoc de ſyllabâ (בִ) & (בִי) intelligendum eſſe: Adde quod demonſtraverimus §. 7. *Chirek* non eſſe vocalem deficientem ſed integram. *Chirek* ergo *Maſoretha* non poſſunt vocare *Chirek defectivum*, ſed debuiſſent dixiſſe *Chirek magnum* hîc *defectivum* eſt, quod nec hîc nec ullibi legitur, imò nunquam *Chirek* in *magnum* & *parvum* diſtribuunt. Concludimus ergo *Chirek* ut *Chirek* non requirere *Jod*, ſed ubi vox *Jod* poſt *Chirek* flagitat, ibi *Jod* τῷ *Chirek* adjungi & cum eo conjungi atque ideò ut conſona non poſſe audiri. Non ergo vocalis duplex eſt *Chirek* quod *Grammatici* uocant *magnum*, ſed ex accidenti *Chirek ſimplex* aliquando *Jod* acquirit poſt ſe in eâdem ſyllabâ, quod caſu ſecum in unum ſonum coaleſcit: atque ita patet, revera hoc *Chirek* de quo egimus quatenus *Chirek* eſt non majus eſſe *Chirek* ſine ('): ſeu quod idem eſt, hocce *Chirek* quatenus vocalis eſt non majus eſſe *Chirek* de quo egimus §. 7. quia uno puncto abſolvitur æquè ac ſimplex & ex accidenti literam (') poſt ſe nanciſcitur. Eſt ergo *Chirek* ut *Chirek*, hoc eſt vocalis (*i*) ut vocalis eſt, ſemper ſimplex vocalis; ac proinde ſine ratione imò contra rationem & *Maſorethaum* mentem in *magnum* & *parvum* diſtinguitur.

§. 15. Figura & ſtructura 𝔤 *Cholem*, quod *ple-*

num vocant *Grammatici*, idem nos cogunt etiam de hac vocali ſtatuere, præcipuè ſi advertamus *Maſorethas* eodem modo de hocce *Cholem* loqui ac de *Chirek magno*: quod enim hocce punctum *Cholem ſimplex* ſit ex loco apparet & iis quæ diximus §. 1. 9. 10. Litera (ו) proinde conſona eſt vocali ſubjuncta; quæ an cum vocali ita coaleſcat in unum ut non afficiat vocalem diſtincto ſono, non ita facilè demonſtratu eſt; quia *Syri* (ו) efferunt per (*ou*) quemadmodum nos *Belgæ* in *Oudt*: *Judæi Germani* in ſuâ linguâ id obſervant ex. gr. יוֹסֵף efferunt *Jouſeph*. Inclino tamen in adverſam partem, quia *Maſorethæ* unam eandemque vocem ſe nunc ſine (ו) nunc cum (ו) reperiſſe teſtantur, in eodem tempore, caſu & numero. Exemplum eſto. Jer. 46. 25. Ubi eſt הנני פוקד אל. & Jer. 23. 2: עליהם פקד הנני : ubi *Maſora parva* habet ל׳ מל׳ hoc eſt, *non extat amplius plenè*: & ita res ſe habet, nam *Concordantiæ* oſtendunt quod פּוֹקֵד nunquam niſi Jer. 23. 2. cum (ו) ſcribatur; quàm literam tamen participium præſens requirit in *Kal*. Cum ergo hoc, ut ſic loquar, infinitis in locis factum ſit & diſcrepantia inter (*ou*) & (*o*) longè maximà ſit, patet (ו) & (*oo*) nihil à ſe invicem differre quod ad ſonum, præſertim cum *Maſorethæ* correntiam literæ (ו) non ad vocalem *Cholem* ſed ad *vocem* in quâ *Cholem* eſt & *ſyllabam* referant, planè ut faciunt quando (י) poſt *Chirek* deficit. Ob eaſdem itaque etiam rationes propter quas ſtatuimus *Chirek* non eſſe diſtribuendum in *magnum* & *parvum*, idem de

de *Cholem* concludimus; adeoque illud eſſe, in ſe conſideratum, vocalem ſimplicem, quæ ex accidenti literam poſt ſe nanciſcitur. Eſt ergo *Cholem* æque ac *Chirek*, quatenus vocalis eſt, ſemper vocalis ſimplex, quia puncto ſimplici abſolvitur, ſecundum ea quæ docuimus §. 8. 9. 10. Et certè cùm nunquam *Masoretha* *Cholem* in *magnum* & *parvum* diſtribuunt, nullo fundamento *Cholem ſine vau* poteſt nuncupari *defectivum*, quia ex ipſorum notis oſtendimus *Cholem ſine vau, hoc eſt ſimplex* eſſe integram vocalem. Uno exemplo, ad demonſtrandum quod par ratio ſit inter *Chirek magnum* & *Cholem plenum*, contenti erimus, quod legimus in *Maſora magnâ* ad vocem יֹסֵף Gen. 30. 24. יסף יא׳ בלשון אוסופי ג׳ מלא׳ וח׳ חסרי׳ hoc eſt, יסף *undecies occurrit in ſignificatione addendi ter plenè & octies defectivè.* Loca omnia ordine apponuntur inter quæ eminent, *defectivum* Lev. 5. 16. & *plenum* 1 Chron. 21. 3: ibi enim legitur יֹסֵף hîc autem יוֹסֵף. Quid clariùs optari poteſt יסף dicunt *Maſoretha* eſſe *defectivum*, non verò *Cholem* eſſe *defectivum*. Quod evidentius docent quando addunt יסף in ſignificatione *addendi* octies eſſe *defectivum*: ſi enim vocalem reſpicerent quid opus addere ſignificationem vocabuli יסף. Caſu itaque *Cholem* ut *Chirek* literam poſt ſe accipit, quæ cum propter locum in ſyllabâ non poteſt vim conſonæ exſerere, cum vocali liqueſcit in unum.

§. 16. Ultima harum vocalium quas *magnas* vocant *Grammatici*, *Schurek* eſt cujus ſi figuram contuea-

tueamur, eamque expendamus ſecundùm ea quæ oſtendimus, primâ fronte apparet idem hîc obtinere quod in (`.`) & (ו) obtinere oſtendimus: ſed id plenius enucleemus. Locus evincit illud punctum non eſſe (*a*) nec (*e*) nec (*i*) quia illæ vocales infra literam ſcribuntur, neque (*o*) quia illa ſupra literam collocatur, ut oſtendimus §. 5. 6. 7. 8. eſt ergo (*u*): ad de quod demonſtravimus §. 9. locum naturalem vocalis (*u*) eſſe ad latus literæ in medio vocis. Huc accedit quod *Maſoretha* hanc vocalem *Schurek* appellent *Kibbuts*, ut patet ex §. 4. Ex quibus ſequitur quod hæc litera non propriè pars hujus vocalis ſit, vocalis enim abſque eâ vocalis eſt, ut vidimus §. 9. ſed quod ex accidenti vocali adjungatur vi vocis; hoc eſt ubi analogia in illâ ſyllabâ (ו) poſtulat. At verò commodè quæri poſſet quare in tali caſu legatur (ו) non autem (*vu*) conſonâ manente conſonâ & vim ſuam exſerente? ad hoc reſpondemus contrarium patere ex locis ubi ſequitur poſt ſpiritum lenem in eadem ſyllabâ, ex. gr. Gen. 24. 39: אֻלַי: ibi enim non potes non legere ὐλαὶ vel *vulai*, quandoquidem litera(א) prorſus ſuperflua eſſet ſi legerem (*vulai*) ac proinde malè ante (ו) collocaretur. Ut paralleliam hujus vocalis cum duabus præcedentibus oſtendamus, annotabimus ea quæ *Maſora* refert ad vocem אֻלַי Gen. 24. 34. מח סלין מיחרין חסר ו Quod latinè dixeris; 48. *Voces ſunt ſingulares, quæ deſtituuntur Vau.* Notandum ſummopere eſt quod *Maſoretha* dicant, 48. *Voces* deſtitui literâ *Vau*; *voces* ergo deficere ſtatuunt non

verò

verò *vocales*; id enim ſi ſtatuiſſent, utique dixiſſent מל פוֹחסר מח hoc eſt *Cholem deficit* 48. *Vicibus.* Atque ita hinc denuò perſpicere datur, duo puncta, quæ puncto eſſentiali ☧ *Kibbuts* ſubjunguntur ſpuria eſſe, & nihil aliud notare, quàm *Kibbuts* os aliter colligere quàm *Cholem*, illudque minùs adimplere. (1) Igitur vocalis ſimplex eſt, quæ literam ſecum liqueſcentem ex accidenti nanciſcitur, & naturâ non magis illam poſſidet quàm *Cholem* aut *Chirek*. Ex quibus evidentiſſimum eſt nos cum antiquiſſimis *Grammaticis* adeoque cum *Maſorethis* convenire in numero vocalium; ſeptem enim veras vocales agnoſcimus, & præter illas nihil niſi חטפים hoc eſt *puncta rapta.* Ac proinde *Cappelli* argumentum nullo modo contra nos eſſe. Et non tantum hoc ſed inſuper nos oſtendiſſe *Maſorethas* non tantum non ſine ratione vocales talibus notis expreſſiſſe; verùm è contra ſummum acumen ingenii in iis excogitandis oſtendiſſe; adeoque magis quàm in ullâ aliâ linguâ factum eſt.

§. 17. Cùm autem hæc ita ſint, diſquirendum venit ſecundum ſeriem definitionum 2. & 3. *Quid Tempus ſit & quomodo reſpectu Temporis à ſe mutuo differant vocales.* Docuimus vocales quatenus vocales ſunt ſonare per ſe def. 1. §. 2: at verò ſi vocalis ſonabit requiritur quod auribus percipiatur; ſonus enim auditûs proprium objectum eſt; id autem ſi fiet continuandus eſt donec aër per vibrationem linguæ circulos ſui motus ad aures ejus, qui ſonum percipiet, deferat, & quidem ſingularum vocalium diſtinctos. Neceſſe etenim eſt diſtinctum ſonum

aures

aures noſtras ferire debere diſtinctè. Quandoquidem igitur omnis motus aëris ſucceſſivè fiat, non poteſt non fieri quin aliquod temporis fragmentum effluat antequam prædicti circuli ad tympanum auris audientis frangantur: Moram proinde vocalis quævis in pronunciando requirit; tempore indiget: unde & Orationem, ſeu quod idem eſt, multarum vocalium cum conſonis eodem ſecum momento ſonantibus pronunciationem horis minutiſque dimetimur, tempore circumſcribimus & determinamus: moram proinde illam, quam vocalis naturâ ſuâ dum pronunciatur requirit, deinceps *Tempus* vocabimus; tum quia hactenus eo vocabulo *Grammatici* uſi fuêre, tum quia commodius inveniri poſſe non videtur. Et quidem *Tempus eſſentiale*, quandoquidem de eſſentià vocalium eſt habere tale *Tempus*; eo enim ablato vocalis non manet vocalis.

§. 18. Cùm ergo nulla vocalis concipi poteſt quæ quatenus vocalis eſt non ſonet; & nullus ſonus qui non fiat ſucceſſivè *ſimplex* vocalis *ſimplex Tempus Eſſentiale* requiret; & quia *ſimplex* unum tantum. Quandoquidem igitur vocales *duplices* duæ ſunt, nempe (·) & (··) idque ideò quia *duplici puncto* conſtant ut oſtendimus §. 9. 13. patet *duplices* illas duo requirere *eſſentialia Tempora*; ſi ſimplices unum requirant; ſunt enim ideò *duplices* ut ex dictis §. liquet, quia ex vocalibus duabus ſimplicibus conflatæ ſunt. Requirunt itaque *duplices* moram in pronunciando duplo longiorem quàm

ſim-

ſimplices, ſeu quod idem eſt bis eandem quàm ſimplices ex quibus componuntur; nam inter duplicem & duas ſimplices nulla eſt differentia, niſi quod hîc conjunctæ ſint ibi verò diſtinctæ.

§. 19. Quoniam autem demonſtravimus §. 14. 15. 16. (·) (ִ) & (ֻ) eſſe non magnas vocales ſed meras ſimplices: hinc illis quatenus vocales ſunt meritò tribuimus unum ſolummodo *Tempus eſſentiale*. Interim tamen ſi cogitemus poſt illas ſimplices vocales literam liqueſcere, utique evidens eſt ſi litera ei adjungatur ſimul efferenda quod vocalis creſcat, quia non poteſt ſonare prout litera eſt, ſed cum vocali conſpirat, apparet eam vocalem ad augere: amplior itaque eſt vocalis ſimplex quæ literam ſecum liqueſcentem poſt ſe habet vocali aliâ ſimplici; illud itaque augmentum quod caſu & per accidens ex vocis conſtitutione acquirit, non verò ipſa includit etiam *Tempus* nuncupabimus; & ſummâ cum ratione: nam æquè *longitudine* moræ beat vocalem præcedentem, ac nova vocalis ſimplicem cui adjicitur: cùm enim revera apponitur & non conſonat ut litera utique ſonet cum vocali oportet. Præter eſſentiale ſuum tempus itaque acquirit, vocalis præcedens verè novum tempus, ac proinde duo tempora habet æque ac vocales duplices; at verò cùm litera illa poſt vocalem maneat litera, non poteſt dici quod tali in caſu duplex fiat vocalis, ſeu quod idem eſt, quod *duo Tempora eſſentialia* habeat; litera enim ut litera non ſonat quia non eſt תנוע *motio*; tempus illud quod dictæ vocales acquirunt diſtin-

ſtinctionis ergô itaque vocabimus *Literale*, quia ex adjectione *literæ* oritur: atque hinc eſt quod mutuas ſuſtineant vices ex æquo, nam ex. gr. פקד in infinitino *Hiphil* promiſcuè habet יַפְקִיד & יַפְקֵד confer Jeſ. 10. 28. & Gen. 41. 34. unde & in paradigmate utroque modo ab omnibus exprimitur: atque hoc pacto verba à (י) inchoantia in *Futuro Kal* (י) radicali expreſſo habent (ִ) ſub literâ perſonali cùm aliâs illâ literâ expunctâ habeant (ֵ) ita à ישן ibi eſt אִישַׁן Pſ. 13. 4. à ישב verò אֵשֵׁב Pſ. 26. 5. par ratio eſt in *Cholem Vau* & *Schurek*, quoniam ejuſdem ſunt conditionis cum Jod. Atque ita apparet nos conſentire cum *Maſorethis* in omnibus; ſingula enim ex nominibus quibus à *Maſorethis* inſignitæ ſunt vocales oſtendimus, atque eorum teſtimoniis corroboravimus: Errat itaque *Cappellus* & omnes ejus ſequaces cum eo quando dicunt vocales *magnas* ſive *longas* (nos ob dictas rationes dicemus deinceps *duplices*) non eſſe *duorum Temporum*, *breves* verò ſive *parvas* (nos ob eaſdem rationes dicemus deinceps *ſimplices*) non eſſe *unius* duntaxat *Temporis*: qui error hinc natus eſt, quod *Maſoretharum* verba dictaque non perpenderit, ſed quidlibet pro quolibet effinxerit ex ſuo cerebro; idque eo confidentius, ut fieri ſolet, quia hactenus nemo hæc *Maſoretharum* verba cum diſtinctione vocalium vulgari conciliaverat.

D E-

DEFINITIO IV.

Litera eſt figura apta ad conſonandum.

Explicatio & Probatio.

§. 1. M*aſorethæ* (quorum veſtigia legere conſtituimus, quoniam ab omnibus ſi non punctationis ſaltem nominum punctis inditorum eſſe authores creduntur) *literas* nuncupant אות in ſingulari & in plurali maſculin. form. Chald. אתין fœmin. verò אתון, *ſigna* latinè dixeris. אות enim Hebræis ſignum valet vid. Pſ. 74. 4. ita ex gr. 1. Sam. 12. 23. ad vocem מחתו annotarunt ג׳ ומשניין באתהון hoc eſt, *tria ſunt & diverſa quod ad literas ſuas.* & Levit. 11. 42. ad vocem גחון dicunt; וו דגחון חצי התו׳ באותיו׳ h. e. *litera Vau in voce* גחון *eſt media litera legis.* habent ergo illi literas in vocibus pro ſignis, pro ſignis quibus indicatur quomodo ſonus vocalis inflectendus ſit. quod profectò optimè naturam literarum explicat; nihil enim aliud ſunt quàm talia ſigna. nam quando (בַ) pono ante vel ſupra vocalem (-) & (גַ) eodem modo vocali veſtiam, quid ibi (בַ) & (גַ) faciunt præterquam quod indicent ipſum (-) alio modo inflectendum eſſe hîc quam ibi?

§. 2. Quandoquidem igitur illæ literæ nullo alio nomine veniunt apud *Maſorethas*, apparet quod nullo modo per ſe ſonent; quod & per ſe evidens eſt; ſi enim litera à vocali differt ut ſonus à modo ſoni,

utique nulla litera ſonus eſt. huc facit quod ad def. 1. §. 2. notavimus Hebræis *moveri* idem eſſe quod nobis *pronunciari:* addimus majoris evidentiæ ergô proverbium quod extat in libro *Zohar* (qui creditur conſcriptus eſſe ante Chriſti tempora) nempe גופא אתוון ורוחא נקודי׃ quod latinè dixeris. *Corpus ſunt literæ, ſpiritus autem puncta.* quo eleganter innuitur literas ad ſeſe movendum æquè ineptas eſſe & indiſpoſitas ut Cadaver. literæ ergo in oppoſitione ad vocales non movent vocales ſed vice verſâ à vocalibus moventur, quod & natura literarum & vocalium docet: apud omnes enim in conteſſo eſt Alphabetum Hebræum meris conſtare conſonis.

§. 3. Diximus in definitione noſtrâ *literam* eſſe *figuram aptam ad conſonandum*, ut omnes omnino literas noſtrâ definitione complecteremur; conſtat enim ex iis quæ dicta à nobis ſunt §. 14. 15. 16. aliquas literas aliquando non actu *conſonare:* interim poteſtatem habent ſingulæ conſonandi; nam de eſſentia literæ eſt, quod ad hoc apta ſit. אתין proinde & גופות eâdem efficaciâ pollent, quâ apud *Græcos συμφωνήεν*, apud *Latinos Conſonæ* & *Belgas mede-klinckers*; ad quod alludit *Maro* in hiſce verſibus.

Tum plauſu, fremituque virûm, ſtudiiſque faventum
Conſonat omne nemus.

DEFI-

DEFINITIO V.

Syllaba eſt literæ vel literarum cum vocali conjunctio indiviſo ſono pronuncianda.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Litera vocalem ſibi adjunctam habens facit ſyllabam quando συλλαμβάνονται, hoc eſt quando ſimul ſumuntur & ſibi mutuò auxilium præſtant in pronunciatione: Hebraicè *ſegmentum* ſolet nuncupari; גזירה enim, quo nomine illis ſyllaba venit, id notat, quoniam deſcendit à verbo גזר quod *ſecare* ſignificat, ut apertum eſt ex Jeſ. 9. 19. eâdem proinde phraſi illis συλλαβαὶ ſunt *ſegmenta*, quâ nos voces diſtinguimus in *byſallabas*, *triſyllabas*, *&c.* exemplum eſto ejuſmodi conjunctio literæ (ב) cum vocali (-); ex earum enim copulatione reſultabit B A. conjunctim non verò B. A. diviſim. Et ita quidem formatur ſyllaba quæ ſolet vulgò *ſimplex* vocari; verùm ſæpiſſimè contingit ſyllabam poſt ſe habere literam vocali deſtitutam, quam, quia ad vocis integritatem ſpectat, arripere ſecum tenentur vocalis & conſona præcedens; quandoquidem ſemet ipſa non magis movere poteſt quàm cadaver ut viſum ad def. 1. §. 2. & 4. §. 1. 2. Ex. gr. tres hæ literæ ב ג ד ſe mutuò ordine in eâdem voce ſequantur, atque ſub ſe habeant hæc puncta (ֶ) (ֶ) ad hunc modum בֶּגֶד: *ſegmentum* prius, prior *ſyllaba* erit (בֶּ) *Be.* poſterior autem (גֶד) *ged.* quoniam litera

tera (ר) vocali propriâ carens nequit moveri niſi per vocalem præcedentem, & propter vocis formam moveri debet. Idem obtinet ſi gemina iſtiuſmodi litera vocalem ſequatur, unde eo caſu tres literæ *συλλαμβάνονται*, ut videre eſt in קֹשְׁטְ quod vulgò nobiſcum legendum eſſe docent *Koſt*. (quæ autem ejus rei ratio ſit ad defin. 11. patebit.) Tales ſyllabæ ſolent vocari *Compoſitæ*, & ob illas addidimus in definitione *vel literarum*.

SCHOLIUM.

§. 1. Notandum quod in S. Scripturâ nuſquam ſyllaba à vocali initium ſumat: hujus rei ratio eſt quod cùm omnes vocales punctis nudis ſoleant exprimi, (ut evicimus ad def. 2. & 3.) hoc pacto puncta voces inchoantia aut ſyllabas inconcinnè extra literarum ſeriem in aëre ſuſpenſa vagarentur; id evidens eſt ex vocali *Schurek*, quia punctum cum quo in unum coaleſcit decorè in ventre gerit, & contra omnium vocalium ordinem, quæ literam aſſumunt, punctum ſuum antecedit; exſerit ergo vim vocalis: quod ex vocis אֵלַי formâ evicimus ad def. 2. & 3. §. 16. exſerit & vim conſonæ propter locum quem occupat: propter locum, inquam, nam quod non *conſonet* ſed *ſonet* cum vocali ibidem oſtenſum eſt.

§. 2. Cùm autem innumeræ ſyllabæ ſint in quibus vocalis liberè ab initio audiri debet; ut in *Adam*, *Abraham*, *&c.* viſum fuit Alpha-

beti

beti,quo nunc Hebræi utuntur, Conditori,illi *Spiritus* inſerere,quorum quiſque pro naturâ vocis vocalem comitaretur; quod & *Græcis* placuiſſe videmus. tales itaque literæ ſeu figuræ excogitatæ ſunt quatuor numero, nempe ע ח ה א.

§. 3. Horum ut ordine primus Spiritus ſic & ſimpliſſimus eſt (א) nihil niſi ſimplicem halitus emiſſionem deſignans;unde & antiquioribusGrammaticis viſum fuit illum exprimere per *a, e, i, o, u.* quia ex æquo cum omnibus conſpirat: quod patet ex ejus cum vocalibus combinatione, ſic ex. gr. אוּר ,אוֹב ,אִם ,אֵב ,אָב. æque ſonarent *Aab*, *Eeb*, *Im*, *Oob*, ὄυρ, ſi hoc pacto, modò per linguæ genium liceret, ſcriberentur וּר ,וֹב ,ִם ,ֵב ,ָב. Confirmat hoc Græcum Δανιὴλ quod ad Hebraicum דָּנִיֵּאל expreſſum eſt Matth. 24. 15. ſic אֵלִי eſt Græcis literis ἠλὶ eidem Euangeliſtæ cap. 27. 46. atque Luc. 3. 38. אָדָם Ἀδὰμ.

§. 4. Alter horum ſpirituum (ה) præcedenti paulò durior eſt, (א) enim leniſſimus eſt, & minùs congruum fuiſſet eundem ſpiritum duabus diſtinctis figuris exprimere: cave tamen putes eum cum *Græcorum* ſpiritu aſpero ex æquo convenire: nam non tantùm *Chaldæi* ſed & ipſi *Hebræi* in fine vocis ejus vice(א)ponunt: in fine,inquam,vocis non verò id *Hebræi* faciunt in initio, quandoquidem aliâs coinciderent: ſed Chaldæis id frequens eſt; unde & ubi in ſacro codice tale exemplum occurrit dicitur Vulgò eſſe *Chaldaiſmus.* Nec eſt quod regeras idem concludi poſſe ex eo quod in fine (א) ſæpe ejus

loco veniat; nam ſpiritus qui vix aſper eſt non poteſt poſt vocalem audiri; præſertim cùm tantùm quatenus ſpiritus eſt literam afficiat: hinc *Græci* id non perſpicientes, vel potius non valentes quatuor illos ſpiritus *Hebræorum* duobus ſuis κατ᾽ ἀκρίβειαν exprimere, ſæpiſſimè ה per ſpiritum lenem explicant; unde qui *Moſi* eſt הֶבֶל Gen. 4. 2. illis eſt Ἄβελ vid. Heb. 11. 4. & חַוָּה *Græcè* redditur 2 Cor. 11. 3. Ἔυα atque שָׂרָה Σαῤῥὰ Heb. 11. 11.

§. 5. Qui hos ſequitur (ח) proximus eſt *Græcorum* ſpiritui aſpero, non tamen accuratè cum eo conſpirat; quod apparet ex inconſtanti ejus compenſatione: ſic ex. gr. רָחָב *Matthæo* eſt Ῥαχὰβ cap. 1. 5. *Paulo* autem Ῥαὰβ Heb. 11. 31. & חַוָּה adſpiratione prorſus abjectâ Ἔυα. 2 Cor. 11. 3 cum adſpiratione autem Ἕυα. 1 Tim. 2. 13. יִפְתָּח autem Heb. 11. 32. vertitur Ἰεφθαὲ literâ (ח) in (ε) converſâ. Illud autem exinde oritur, quod *Græci*, *Athenæo* teſte, ſpiritum utrumque ex (ח) mutuarunt; qui illud adſtruit ex veterum ſcripturâ: nempe quod nunc eſt χρόνος tunc erat ΚΗΡΟΝΟΣ lineâ colligante duas literæ (ח) columnas à parte ſuperiori, in connectentem commutatâ hoc modo (H) literam autem vicaria (H) eſſe literæ (ח) nomen Græcum ἦτα ſatis ſuperque docet; id enim conſpirat amiciſſimè cum חֵית *Cheeth* vel *heeth*, adſpiratione paululùm mutatâ: fruſtra enim *Galli*, inter quos eminet *Clenardus* illam literam contendunt nuncupatam fuiſſe (*Ita*) & notam eſſe vocalis (ι) non verò (*ee*); nam *Græci* ſemper contrahunt εε &

εα in

εα in *η* ut ex declinatione 1. contract. liquet, & ex conjugat. 1. circumflexorum, aliiſque: iidem *Legatum* vocant, vocabulo ad Latinum formato, *ληγᾶτον* quod nullo modo poteſt eſſe *Ligaton. Latini* viciſſim *η Græcorum* vertunt per E longum; ut ex. gr. *κρατὴρ*, *crater*, *cratêris*, quod docet hic *Virgilii* verſus lib 3 *Æneidos. Tunc Pater Æneas magnum cratera coronâ induit, implevitque mero*: poſtquam autem *Græci* literâ totâ H pro ſpiritu aſpero uſi fuerunt diu; *ἑκατὸν* enim antea ſcribebant HEKATON, illam in duas diviſerunt partes, quarum prior deſignabat ſpiritum aſperum, poſterior verò lenem; interim tamen adhuc utrumque vocibus præponebant: nam in quodam numiſmate *ἡρακλέων* legitur ⊢ HPAKΛEΩN; ex quo apparet totam literam tum pro gemino (εε) uſurpatam fuiſſe: deinceps autem utramque partem ſupra primam vocis vocalem poſuerunt aut ſupra literam (*ρ*) ita (*ὁ*) ſcribebatur

⊢ ⊣

(O) & (*ὀ*) hoc modo (O). Hæ partes literæ H deinceps ptopter celeritatem, facilitatemque pingendi in lunulas, quas nunc habemus, mutatæ ſunt; unde adhuc in codicibus majoribus characteribus impreſſis pro (' & ') inveniuntur (⊣ & ⊢); exemplum eſto Teſtamentum Novum in folio à *Stephano* excuſum typis Regiis anno 1550. Atque hinc apparet (ε) in fine vocum compenſare ſpiritum, quia quando ſpiritus eſt ſupra ponendus foret, quod *Græcis* abſonum, ac proinde ut eum compenſent dimidiam eandem partem ⊢ (H) in voce ponunt, quæ

eſt (ε) ut ex contractione geminæ (ε) in (η) apparet.

§. 6. Ultimus eſt (ע) qui omnium aſperrimus eſt, quod & ordo indicat; ſequens enim priorem aſperitate ſuperat. *Græci* oſtendunt hîc etiam quemadmodum de (ח) vidimus ſe carere ſpiritu huic plane analogo ſuâ inconſtanti compenſatione: nam עִמָּנוּאֵל Eſ. 7. 14. *Matthæo* eſt cap. 1. 23. *ἐμμανουὴλ* עֲמֹרָה Jeſ. 1. 10. Γόμοῤῥα Paulo Rom. 9. 29.

DEFINITIO VI.

Litera gutturalis eſt Spiritus in cujus prolatione guttur maximè laborat.

EXPLICATIO & PROBATIO.

§. 1. Solent *Hebræi* literas Alphabeti diſtinguere in quinque claſſes pro ratione pronuntiationis, eaſque nuncupare ab inſtrumento quod plurimùm laborat in illarum prolatione; licèt enim ad ſingularum literarum pronunciationem omnia pronunciationis inſtrumenta requiri videantur, magis tamen unum quam aliud nunc hîc nunc illic adhibetur: inter haſce autem excellit meritò propter varias mutationes quas cauſant literarum gutturalium claſſis; unde & illæ hîc nullo modo prætermittendæ fuerunt, ubi de naturâ punctationis agimus: hæ ergo ſtatuuntur eſſe ſequentes quatuor (א) (ה) (ח) (ע).

§. 2. Pri-

§. 2. Prima harum cùm ſit ſpiritus leniſſimus, ut ad Def. 5. Schol §. 3 vidimus, ex ore patente elabitur, poſtquam in gutture, ubi conterminum eſt ori, efformatus eſt; quod quivis experitur qui diſtinctum ſpiritum lenem effert ſine ſono: dum itaque formatur guttur præcipuè laborat, adeóque reliqua inſtrumenta ante ejus formationem ad proferendum eum diſponuntur: & ut diſpoſita ſunt ante ejus formationem ita immota manent dum formatur & dum profertur, quod etiam quivis in ſe experitur: afficit ergo vocalem tantùm quatenus ſpiritus eſt & nullo modo ut conſona, quia merus lenis aëris motus eſt & indeterminatus undiquaque.

§. 3. Secunda autem cum ſit ſpiritus paulò aſperior, ut §. 4. Schol. Def. 5. explicavimus, ex ore hiante expellitur pulſu quodam, poſtquam in ipſo gutture formatus eſt; manente interim eâdem oris conſtitutione, quæ erat adhibita ad ſpiritum hunc formandum; quod quiſque itidem in ſe experitur: unde & vocalem novâ ſoni qualitate afficit, quod præcedens facere nequit, propterea quod undiquaque lenis eſt.

§. 4. Tertia verò quandoquidem aſper eſt ſpiritus, ut §. 5. Schol. Def. 5. probavimus, etiam in gutture formatur, ſed inferiori loco quam præcedens; & poſtquam efformatus eſt ex eo non ſine niſu validiori protruditur; quemadmodum etiam quiſque in ſe experitur: unde ſponte fluit quod vocalem quâcum effertur etiam, ut præcedens, novâ ſoni

 qua-

qualitate afficiat, majori tamen & magis notabili quoniam aſperior eſt.

§. 5. Ultima denique quoniam ſpiritus omnium aſperrimus eſt, ut §. 6. Schol. Def. 5. diximus, in nodo gutturis efformatur, unde non ſine ſummo conatu inde protruditur; requiritque ad ſui pronunciationem utriuſque labii adductionem oriſque conglobationem; nihilominus guttur maximè laborat quia in gutture formatur & ex gutture cum violentiâ erumpit; quod non minùs quiſque in ſe experitur: id ſummum eſt quod de eo ſpiritu poſſumus dicere; quandoquidem enim analogo ſpiritu deſtituuntur omnes linguæ occidentales, illam accuratè efferre nequimus: Ideoque nos ſolemus eum cum Judæis per lenem ſpiritum efferre: non quia lenis eſt, eſt enim maximè aſper; ſed quia minimè concordat cum genio noſtri ſermonis.

§. 6. His adjungendam eſſe literam (ר) cum omnibus Hebræorum filiis exiſtimamus quandoquidem & ipſa ſpiritum includit, cùm ante vocalem occurrit in eâdem ſyllabâ; quod eam proferenti manifeſtum fit. Dico ante vocalem, nam poſt vocalem id non obtinet æque ut in (ה) quando vocalem ſequitur. Id confirmatur per literam Græcorum (P) quæ procul omni dubio ab Hebræorum (ר) & nomen & poteſtatem accepit; nam illa ante vocalem habet ſpiritum aſperum & poſt vocalem ſpiritu leni inſignitur: ſic ex. gr. שָׂרָה eſt ipſis Σαῤῥα Hebr. II. v. II.

DEFINITIO VII.

Litera quieſcens eſt, quæ vocalem cui adjungitur beat ſoni novâ quantitate, ſed non afficit novâ ſoni qualitate.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Quatuor vulgò literæ recenſentur ab Hebræis quas ſolent nuncupare הַנָּחוֹת *Quieſcentes*, ſuntque hæ (א) (ה) (ו) (י). Has aliis opponunt quas vocant הַנָּעוֹת. *Mobiles*. Ex §. 2. Defin. 1. & §. 2. Definit. 4. conſtat Hebræis *moveri* eſſe idem quod *pronunciari*, ergo è contra *quieſcere* eſt ipſis *non pronunciari*, vel *non audiri in pronunciatione* diſtinctâ ſoni modulatione: hoc fundamento poſito videamus quid de hiſce 4. literis ſtatuendum ſit, & primò (א) quod attinet dicimus illam, ſive vocalem habet propriam ſive non, ſemper *quieſcere*; licet contrarium ſtatuant omnes Grammatici; volunt enim illas ſolummodo quieſcere quando vocali ſunt deſtitutæ: illa litera enim non magis auditur in voce אֵלִי Pſ. 22. 1. quàm in בְּרֵאשִׁית Gen. 1. 1. licèt ibi vocalem ſub ſe habeat hîc verò non; & quomodo poſſet alicubi audiri cum nihil niſi merus ſpiritùs ſit, qui leniſſimè ex ore labitur, ut viſum ad Def. 5. Schol §. 3. & Def. 6. §. 2. & 3. ſpiritus autem lenis nil niſi *ſpiramen lene* eſt, ſpiramen autem lene vocalem afficere nequit novâ qualitate ſoni,

ni, quoniam nulla vocalis ſine leni ſpiramine efferri poteſt.

§. 2. (ה) autem dicimus quieſcere ſemper quando ſyllabam terminat aut vocalem in eâdem ſyllabâ ſequitur (excipe ſi punctum in ventre gerat quod *Mappik* vocatur de quo agemus ad Def. 10. §. 1.) cùm enim ſpiritus merus ſit qui vix aſperitatem habet ut ad Def. 5. Schol. §. 4. & Def 6. §. 3. docuimus; clarum eſt quod aſperitas ejus audiri poſt vocalem nequeat, quoniam leni flatu effertur ante vocalem. Et ſimiliter clarum eſt quia flatu quodam effertur quod ante vocalem non quieſcat; ſi enim ante vocalem aſperitatem ſuam non exſereret, utique nihil ab (א) differret qnod abſurdum *eſt*.

§. 3. (ו) verò & (י) quieſcunt ſemper quando cum vocali præcedenti in unum coaleſcunt, quâ de re multis egimus ad Def. 2. & 3. §. 14, 15, 16. tunc enim, ut ibidem patuit, naturam conſonæ exuunt, aliâs verò nunquam; ſunt enim veræ Conſonæ & genuinæ quemadmodum (בּ) (ל) & ſimiles.

§. 4. Ex quibus evidens eſt haſce literas quando quieſcunt omnes ex æquo vocalem quam ſequuntur beare *novo Tempore*: nam cum de (י) & (י) id demonſtraverimus ad Def. 3. §. 19. & par ratio ſit § (א) & (ה) quando quieſcunt, quàm § (ו) & (י); adeoque (ו) & (י) ideò *Tempore Literali* vocalem adaugeant, quia quieſcunt: hinc (א) & (ה) vocalem præcedentem *Tempore Literali* augere neceſſe eſt; ideò enim quieſcunt quia cum vocali præcedenti ita colliqueſcunt ut indiviſo ſono audiantur.

§. 5. Pa-

§. 5. Patet itaque literas haſce. 4. *quieſcentes* nuncupatas eſſe, quia inſtar aliarum conſonarum vocales non afficiunt novâ ſoni *qualitate*; licèt vocales ſequantur in eâdem ſyllabâ; unde evidens eſt nos rectè dixiſſe in definitione quod afficiant vocalem *quantitate* non verò *qualitate* ſoni. Ingeniosè certè antiquiſſimi Hebræorum eas nuncuparunt אותיות בטלות *literas molles* בטל, enim notat molle eſſe, & propriè de dentibus caſſis dicitur, vid. Eccleſ. 12. 3. ſunt enim quando quieſcunt inſtar dentium caſſorum, qui vim ſuam quaſi amiſerunt; cui non parum roboris accedit ex eo quod naturâ ſuâ hæ. 4. literæ molliſſimæ ſunt totius Alphabeti, ut attendenti liquet.

DEFINITIO VIII.

Litera Mobilis eſt quæ vocalem cui adjungitur afficit latitudine & novâ ſoni qualitate.

Explicatio & Probatio.

§. 1. ID ex literarum *Quieſcentium* naturâ facilè diſcitur; ſi enim illæ ideò *Quieſcentes* ſunt, quia non afficiunt vocales præcedentes novâ ſoni qualitate ſed quantitate ut ad Def. 7. oſtendimus; & *moveri* idem eſt Hebræis quod nobis *pronuntiari*, ut ſæpius viſum eſt, ſequitur utique literas *mobiles* eſſe, quæ diſtinctâ qualitate ſoni vocales afficiunt: tales autem ſunt cæteræ omnes literæ quia

quia ſemper conſonant; cujus rei ratio eſt, quod nunquam cum vocalibus poſſunt coaleſcere in unum propter nimiam duritiem ſed ſemper eam repellunt: quâ de causâ & in oppoſitione ad has, *Quieſcentes* vocari ſolent במלות *molles* ut ad Def. 7. §. 5. vidimus.

§. 2. Non addunt itaque literæ *mobiles* vocali præcedenti *Tempus Eſſentiale*, quia non ſunt vocales, neque *Literale*, quia non liqueſcunt cum vocali: addunt nihilominus aliquid vocali præcedenti; alioquin enim idem eſſet, ſive adeſſent ſive abeſſent: id verò non tantùm eſt modificatio ſoni, quali eam afficiunt dum præcedunt vocalem; tum enim liberè ſinunt vocalem fluere poſt ſe: at verò cum vocalem ſequuntur in eâdem ſyllabâ, tum eam impediunt ne ulterius pergat, atque ita eam reflectunt; unde patet quod vocalem clariorem reddant & ſonum ejus fortiorem ſeu latiorem. Quæ diximus facilè patent ex pronunciatione ejuſdem vocalis (-) in primâ & ſecundâ ſyllabâ vocis קָמָה, quæ extat Jer. 5. 3. in primâ enim ſyllabâ leniter fluit & molliùs ſonat; in poſteriori impingit in literam & clariùs latiùſque ſonat. pari modo (··) in vocis מֶלֶךְ ſecundâ ſyllabâ. id non incongruè illuſtratur ſimilitudine à clamore deſumtâ: ſi quis enim ſub dio vocem tollat ſonus liberrimè ſeſe diffundit, quia nullo obſtaculo repellitur; planè ut circelli, per lapidem in aquam injectum excitati, ſeſe in magnos circulos explicant in aquâ ſpatioſâ: aëris enim & aquæ motus, ſi rem ſpectes, non differunt, ſed in celeritate

leritate tantùm, quod norunt Phyſicorum filii. E-contra ſi quis è regione parietis intonet, eo cohiberi ſonum ne divagetur deprehendet; & advertet ſonum in parietem impingere imò reſilire adeóque geminari: ſonus enim, quandoquidem pervius non eſt paries, in orbem quaſi conglobatur & remeando idem iter duplicatur: ita obſervamus vocem loquentis in locis undique clauſis, ex. gr. perorantis in loco ſpatioſo, longè faciliùs & clariùs poſſe à nobis percipi ſi remoti ad parietem oppoſitum ſtemus, quàm in minori diſtantiâ, adhibitâ tamen hac cautelâ quod eminentiori loco ſtemus aliis, alioquin enim vocem vix clarè percipiemus, propterea quod orbes aëris inter nos & loquentem interjacentes in lineâ rectâ ferè omnes frangantur ad auditorum, inter nos & perorantem ſtantium, capita, atque ita abſorbeantur antequam ad aures noſtras perveniant: &, quod maximè notandum eſt, ille qui ad parietem ſtat ſemel eandem ſyllabam audit quam alius ab eâ diſtans per Echum bis audiet; ſemel videlicet quando ad parietem movetur & ſemel quando redit à pariete repercuſſus: qui ergo ad parietem ſtat utrumque ſonum ſimul audit; unde non eſt mirum eum longè clariùs audire illam ſyllabam alio qui in medio loci ſtat: quas partes enim ſoni ille diſtinctè audit has ſimul auribus percepit qui juxta parietem ſtat. Litera mobilis itaque vocalem præcedentem retundit & retundendo geminat; ut *Echus* docet. cùm autem ſemel tantùm à nobis audiatur, patet quod ſonus ejus duplò clarior


fiat,

fiat, atque ita duplò latiùs ſonum vocalis à nobis percipi. unde evidens eſt literam *mobilem* ita geminare vocalem *latitudine* & *claritate* ut vocalis adjecta eam adauget *longitudine*. & id experientia comprobat, quia ſuſtinent mutuam vicem ut æquivalentia: ita ex. gr. אסף in futuro *Niphal*, ubi deberet habere יִנָּאֵסֵף ſecundùm analogiam; Characteriſtica enim ejus conjugationis eſt (נ) habet יֵאָסֵף Jer. 47. 6. literâ (נ) per punctum compenſatâ. Quod cùm obtineat in plurimis, viſum fuit nobis, ut mutatio punctorum commodè ad unam regulam reduci poſſet, id quod litera mobilis addit vocali præcedenti etiam vocare *Tempus* καταχρηστικῶς, quia per *Tempus* quando litera excidit compenſatur. Quoniam autem vocalem non *producit* hocce *tempus* ſed *dilatat* tantùm, ideò diſtinctionis ergô illud perpetuò nuncupabimus *Tempus Latitudinis*.

§. 3. Fateor meliùs poſſe nuncupari, *Tempus Claritatis* aut *Duritiei*; ſed viſum fuit nobis magis congruum id inſcribere *Tempus Latitudinis*, quia ita clariùs mentem noſtram poſſumus exprimere & per lineas æqualem hujus Temporis cum cæteris valorem explicare, atque difficultates quas literæ mobiles in vocalibus cauſant feliciùs tollere. Quod vix ac ne vix facere potuiſſemus, ſi Tempus hoc vocaſſemus *Tempus Claritatis* aut *Duritiei*; Quomodo enim *Claritatem* aut *Duritiem* per lineas repræſentaſſemus? Quandoquidem igitur *Temporis* hujus nomen à *latitudine* deſumtum meliùs undiquaque ſcopo noſtro inſervit, qui eſt exhibere

claram

claram fundamenti illuſtrationem & ſimplicem, quo omnis mutatio punctorum, res adeò varia & moleſta nititur, illud cæteris meritò anteposuimus. Ita ergo quod diximus oculis ſpectandum objicimus.



Linea A. valeat unum *Tempus Eſſentiale* (-), ut & linea. B. (ȯ): hæc duo ſi jungantur exorietur linea C. (·), ex duabus vocalibus ſimplicibus conflata. Eodem modo ſe res habet ſi lineam D ponamus valere unum *Tempus Eſſentiale* (ṫ), & E *Tempus Literale* (·), nam ſi jungantur idem eveniet quod in lineâ C evenit; vide lineam F, quia (·) non conſonat

ut conſona, ſed cum vocali liqueſcit in unum, ac proinde nullo modo moram præcedentis vocalis imminuere poteſt, ſed econtra eam continuat. At verò ſi lineam G ponamus valere (ֵ) & lineam H literam (י) videbimus, ſi utramque conjungamus lineam, ſeu quod idem eſt (ֵ) cum (י) in eâdem ſyllabâ, lineas illas non eſſe ſecundùm longitudinem conjungendas ſed ſecundùm latitudinem, vide lineas I, quoniam (ֵ) in (י) dilatatur & clariùs ſonat quàm nudum & ſimplex (ֵ).

§. 4. Quæ cum ita ſint ſequitur vocalem *duplicem* ante literam *mobilem* parte ſuæ longitudinis privari, ſi in eâdem ſyllabâ cum illâ efferenda eſt: nam litera *mobilis* impedit quo minùs liberè fluere poteſt; quemadmodum paries ſoni prolongationem per aëra impedit. Et ecce quomodo experientia nobis ſuppetias ferat; nunquam enim fit quod (ֵ) ſine accentu cum literâ mobili poſt ſe in eâdem ſyllabâ effertur, quin tranſeat in (ַ) vel (ֶ) breve. ita ex, gr. צְדָקָה ſimulac (ה) finale in (ת) mutatur, hoc eſt litera *quieſcens* in *mobilem*, erit צִדְקַת cum (ַ) ſub (ק) ubi natura vocis requirit (ָ): ita occurrit Jeſ. 5, 23. par ratio in ſimilibus. Imò univerſale eſt, quod omnia vocabula in vocalem (A) exeuntia, ſemper (ָ) habeant ſi in (א) vel (ה) deſinant, ſi verò in *mobilem* deſinunt ſemper terminantur in (ַ): vocalem itaque *duplicem* literæ *Mobiles Tempore Longitudinis* privant, ſeu quod idem eſt *Eſſentiali*; interim tamen id compenſant geminâ claritate, ut in vocalibus ſimplicibus viſum eſt.

Unde

Unde claret literam mobilem vocalem geminam quod ad longitudinem in ſimplicem mutare, quoniam non ſinit eam liberè fluere atque ita privare *Tempore Eſſentiali*: quâ de causâ & contenta eſt figura vocalis ſimplicis quemadmodum vidimus. At verò interim ipſa eadem litera vocalem ſimplicem *Tempore* beat *Latitudinis*; dilatat enim vocalem & clariori ſono, durioreque audiri facit, ut ex iis clarum eſt quæ §.3. dicta ſunt. Nec hîc regeri poteſt, quod ſi *Mobilis* vocalem duplicem tempore privet per ſuam reſiſtentiam, eandem & ſimplicem aliquatenus tempore imminuere debere; nam cùm ſimplex tantùm unum & ſimplex habeat tempus, eo eam privare nequit ſuâ reſiſtentiâ, quoniam impingere debet vocalis ſimplex in mobilem ſi mobilis eam repellet, ac proinde ſonare debet; tempus itaque neceſſariò ſuum retinet; atque ita per mobilem quia ſimplex eſt & ſimplex tempus habet non imminuitur; quia ad ſimplex tempus ſufficit quod audiatur vocalis clarè & diſtinctè; ut viſum §. 17. 18. Def. 2. & 3.

DEFINITIO IX.

Dages Forte eſt Punctum quod ita literam duplicat ut duarum ſyllabarum pars fiat.

Explicatio & Probatio.

§. 1. ID punctum à *Maſorethis* ſolet nuncupari דָּגֵשׁ ex. gr. Gen. 2. 25. ibi enim hæc ha-

bent ad vocem עֲרוּמִּים: ב׳ מל׳ ודגש h. e. *duo ſunt plena & habent Dages.* illud autem deſcendit à themate דגש, quod apud *Hebraos* non eſt in uſu; *Syris* autem notat *pupugit*, & *Chaldæis gravavit.* Quandoquidem autem *Chaldaicè* locuti fuerunt tempore *Maſoretharum* Iſraëlitæ; hinc non mirum eſt eos punctis multis nomina *Chaldaica* impoſuiſſe. Eſt ergo punctum quod gravat literam & aggravando illam condenſat. (de *Dages* leni nos non agimus quia id cum celeberrimis Grammaticis pro ſpurio habemus & licet genuinum eſſet parum ad nos ſpectat.) Hanc *Maſoretharum* mentem eſſe non obſcurum eſt, nam ita notant ad vocem בַּבְּהֵמָה Gen. 9. 10. ו׳ דגשי וד׳ רפי, h. e. *ſexies Dageſſatum eſt at quater lene eſt.* Dages itaque *Maſorethis* literam indurat, quod quomodo fiat exemplis meliùs oſtendemus; verbum פקד habet in futuro יִפְקֹד. verbum נגש autem in eodem tempore יִגַּשׁ. cum deberet habere יִנְגַּשׁ. ita enim analogia requirit, quod notum: litera enim(נ) eſt pars radicis. יִגַּשׁ. itaque valet יִנְגַּשׁ; & cùm undiquaque hæc duo conveniunt, ſi excipias quod *unum* punctum in medio literæ (ג) habet, & *alterum* literam (נ) ſequitur quod illud punctum valeat idem quod litera (נ). Id clarius patet ex Imperativo verbi חנן nam legitur cum duplici (נ) Pſ. 9. 14. חָנְנֵנִי, at verò quando unum (נ) excidit aliud punctum habet in medio; ita legitur Pſ. 6. 3. חָנֵּנִי. Id ipſum *Chaldaa* lingua, ſi cum *Hebraâ* conferatur, docet; ubi enim *Hebræi* habent *Dages* ibi illi literam habent: ſic ex. gr. *Hebraicè* pronomen *Tu* ſcribi-

ſcribitur אַתָּה : *Chaldaicè* verò אַנְתָּה. unde & à pleriſque lexicographis ad radicem אָנַי revocatur. Valet ergo *Dages* literam, nam literam compenſat; ac proinde litera illa quæ *Dages* gaudet bis audienda eſt; ſemel videlicet pro literâ quam compenſat & ſemel pro ſe: ſi enim ſemel tantùm audiretur quomodo compenſaret? Exemplo id magis patebit: Cùm יִגַּשׁ valeat idem quod יִנְגַּשׁ. litera (ג) bis audiri debet, ſemel videlicet pro (נ) & ſemel pro ſe; quod hoc pacto illuſtramus. litera (ג) ſub ſe vocalem habet ac proinde cum eâ debet audiri; at verò ſi tantùm cum eâ vocali auditur nullo modo compenſat literam (נ) deficientem; unde neceſſe eſt quod etiam audiatur cum vocali (ִ) præcedenti, dirimitur itaque in duas ſyllabas per *Dages*; ad primam videlicet quam claudit, & ultimam quam inchoat. hujus rei ſtricturas videmus in N. T. לָמָּה enim reddit *Marcus* c. 16. 34. λαμμᾶ. Et *Mathæo* עִמָּנוּאֵל eſt c. 1. 23. ἐμμανουήλ.

§. 2. Ex hiſce manifeſtum eſt *Dages* valere literam quia literam compenſat. Unde valdè id quod de literâ mobili diximus Def. 8. §. 2. 3. corroboratur, nempe quod vocali præcedenti ſecum efferendæ addat *Tempus* & quidem *Latitudinis*; nam *Dages* ex literâ excidens præcedentem vocalem ſimplicem aliâ ſimplici adauget. ubi .n. ex.gr. פקד habet יִפָּקֵד (loco יִנְפָּקֵד: eſt. n. in futuro *Niphal*, cujus conjugationis characteriſtica eſt litera (נ)) ibi אסף habet יֵאָסֵף loco יִנְאָסֵף: Jer. 47. 6. Unde perſpicuum eſt (ִ) ſequente *Dages* idem valere quod (ֵ) quemadmodum & (ֵ); ac pro-

inde & (:) ſequente *Dages* idem valeat quod (..) neceſſe eſt; Et profectò id maximè analogum eſt, iis quæ nos de punctis tradidimus; punctum enim tantùm locum ſuum mutat. nam ברך ad formam פָּקֵד deberet habere בֵּרֵךְ tanquam dageſſatum: at verò quia litera (ר) *Dages* reſpuit hinc illud vocali *Chirek* apponitur & fit בֵּרַךְ quod extat. Pſ. 147. 13. eodem modo (-) mutatur in (·) in Infinitivo ejuſdem verbi; nam ubi פקד habet פָּקֵד ibi ברך habet בֵּרַךְ Pſ. 132. 16. par ratio in cæteris. Ut *Dages* itaque literam geminat cui inſcribitur, ita vocalem geminat cui apponitur; at verò cum *Dages* excidit ex literâ, & vocali apponitur, cenſendum eſt literam vocali apponi; litera itaque valet tempus & tantundem ac vocalis ſimplex. quoniam autem *Dages* non imprimitur niſi literæ *Mobili*, hinc ſequitur quod intendebamus literam *Mobilem* valere *Tempus*. Et præterea, quia, uti viſum eſt, *Dages* excidens vocali præcedenti vocalem addit quando ſeipſum addit, ſequitur *Tempus Latitudinis* poteſtate æquivalere *Tempori Eſſentiali*, ut diximus Def. 8. §. 3. ut id evidentiùs liqueat addimus hæc tria exempla יצק · ישן · שיב (..) enim quod ישב habet ſub (א) notâ perſonæ 1. ſingul. in futuro Kal. eſt enim Pſ. 26. 5 אֵשֵׁב, exprimit ישן per (:) habet enim Pſ. 13. 4. אִישַׁן & יצק per (·) ſequente *Dages*. nam eſt אִצֹּק Jeſ. 44. 3.

§. 3. Diximus præcedenti paragrapho literam (ר) reſpuere *Dages*, iſtius rei ratio nunc venit indaganda; obſervarunt omnes Grammatici *Dages* nunquam eſſe in literis hiſce quinque (א) (ה) (ח) (ע) (ר)

(quod

(quod .n. *Maſorethæ* notent ſe aliquando *Dages* in aliquâ harum inveniſſe id ipſi habuerunt pro animaliâ, ut ex notis ipſarum ad illa loca liquet. ex. gr. Cant. 5. 2. ad vocem שֶׁרֹּאשִׁי plura exempla ſi velis adi Job. 33. 20. 1 Sam. 1. 6. 10. 24. Prov. 15. 1. Jer. 39. 12. Ezech. 16. 4. in illis .n. locis editio Plantiniana *Dages* expreſſit) & ita ſe res habet: nec mirum; ſunt enim vel meri ſpiritus vel ſpiritum includunt, atque in gutture formantur, ac proinde vix ac ne vix geminari commodè poſſunt. Sed ut diſtinctiùs loquamur, litera (א) geminari nequit quia nunquam eſt litera mobilis ut viſum fuit ad Def. 5. Schol. §. 3. Def. 6. §. 2. 3. & 7. §. 1. uti nec (ה); illud enim partim quieſceret partim mobile eſſet, mobile eſſet reſpectu ſyllabæ poſterioris quam inchoaret, quieſcens verò reſpectu ſyllabæ prioris quam clauderet; quod enim (ה) poſt vocalem in eâdem ſyllabâ quieſcat, oſtendimus ad Def. 5. Schol. §. 4. & Def. 7. §. 2. *Dages* autem literam ita duplicat ut bis mobilem faciat, prout ex exemplis patet; unde nunquam niſi literæ mobili imprimitur. in (ח) & (ע) atque (ר) alia longè eſt ratio, ſunt enim literæ mobiles & ſemper mobiles manent. illæ autem nunquam *Dages* habent, quia ita in gutture efformantur ut difficilioris ſint pronunciationis, ut ad Def. 6. §. 6. & 7. vidimus; & præterea non poſſunt geminari, niſi cum maximo, niſu, atq; vix eodem modo bis efferri, nempe & poſt & ante vocalem, ut quiſque in ſe experitur. Id lucem accipit ex linguâ Græcâ, ibi .n. (ρ) quæ noſtræ lite-

ræ (ר) reſpondet, ut ibidem vidimus, geminata ſpiritum aſperum in lenem commutat שָׂרָה enim ipſis eſt Σαῤῥά, id autem ſi Hebraicè exprimeretur ita ſcribendum foret שַׂרְרָה. *Dages* ergo, cùm prior pars literæ geminatæ (ר) ſpiritu aliâs ſuo privaretur, illi non imprimitur. Unde à poſteriori iterum concludere datur *Dages* ita geminare literam ut litera eſt in ſe conſiderata.

DEFINITIO X.

Mappick eſt Punctum quod literæ (ה) *in fine vocis impreſſum eam mobilem facit.*

Explicatio & Probatio.

§. I. M*aſorethæ* illud vocant מַפִּיק quod notat *punctum egredi faciens*; eſt enim partic. præſens in Hiphil; vel ſi mavis nomen participiale deſcendens à themate נְפַק *Chaldaico*; quod deſignat *egredi*; ut ex *Dan.* 2. 13. patet: reſpondet enim verbo Hebraico יָצָא, ita Gen. 8. 19. quod *Hebraicè* eſt יצאו מן התבה *Chaldaicè* redditur: נפקו מן תיבותה. id nomen occurrit in notis *Maſorethicis* Ezech. 29. 19. ad vocem בִּזָּהּ; dicunt enim ibi ל מפיק הא׳ h. e. *non amplius extat cum Mappik in literâ* (ה). Rem ita ſe habere evidentiſſimè patet, quia litera, (ה) quæ aliâs in fine ſemper quieſcit, ut docuimus ad Def. 7. §. 2. quando *Mappik* habet ſem-

per

per mobilis eſt: id ex eo evincimus, quod litera (ה) finalis ſemper in plurali expungitur quando eo punctonon eſt condecorata, & econtra numquam quando hoc puncto gaudet. ita ex. gr. אֱלוֹהַּ ſemper facit in plurali אֱלוֹהִים cùm אֵלָה Jeſ. 57. 5. אֵלִים. id amplius confirmatur ex puncto quod literam (ה) cum *Mappik* in thematibus præcedit; nam cum (א) & (ה) ſemper ante ſe habeant (·) ut ex. gr. in נָשָׂא & נָשָׂה reliquæ verò literæ (-) nempe ſi in (A) deſinunt ut ex. gr. in פָּקַד, & נָגַשׁ; ſemper ה cum *Mappik* ante ſe habet (-(ut in נָגַהּ כָּמַהּ גָּבַהּ & תָּמַהּ, quæ & hac de cauſà analogicè conjugantur, hoc eſt ad normam paradigmatis eorum quæ non deſinunt in literam quieſcentem: cum cætera omnia in (ה) deſinentia ſint anomala: quandoquidem autem ante (א) & (ה) ideò (·) eſt quia *molles* literæ ſunt & *Quieſcentes*; ante alias autem quia *duræ* ſunt & *Mobiles*, ſemper (-) ubi in (A) deſinunt, (ut ex exemplorum inductione liquet, & naturâ literarum *Quieſcentium* ac *Mobilium*;) hinc ſequitur (ה) cum *Mappik* eſſe literam *Mobilem* & *Duram*. Et profectò ſi ſit punctum quod (ה) *egredi* facit, (quod nomen à *Maſorethis* huic puncto inditum arguit,) ex quo poteſt illam facere *egredi* niſi ex *quiete* ſuâ? quomodo enim *egredietur*, ſi *Quieſcens* maneat, hoc eſt ſi non audiatur diſtincto ſono? & ſi *Maſorethæ* voluiſſent docere lectores, eam literam fieri *Mobilem* eo puncto, quomodo quæſo id ſecundum punctationis analogiam, meliori vocabulo expreſſiſſent quàm

per מפיק? quæ enim litera *egreditur* utique illa *movetur*, ac proinde non ampliùs eſt litera *Quieſcens*. Cùm *Mappik* itaque literam (ה) faciat egredi, eam *Quieſcere* præſupponit, & ex *Quieſcente* in *Mobilem* mutat. Unde à poſteriori rurſus videmus literam (ה) in fine vocum quieſcere, quod antea oſtendimus. Def. 7. §. 2.

§. 2. Punctum *Mappik* literæ (ה) finali imprimi omnes fatentur mecum; verùm inſuper addunt plerique Grammatici illud etiam literæ (י) imprimi poſt *Chirek* in mediâ voce. Id nos verum non eſſe oſtendimus ex ipsâ vocis *Mappik* nomenclaturâ & naturâ puncti *Dages*. Ex. gr. in voce יִיָּחֵל Gen. 8. 12. volunt punctum quod in literâ (י) eſt eſſe *Mappik*, & in omnibus ſimilibus caſibus; quod abſonum eſt; quoniam ibi (י) non quieſcebat antequam hoc puncto inſigniretur: habebat enim vocalem propriam ſub ſe, ut in Infinitivo apparet ex quo formatur; eſſet enim הִיָּחֵל ad formam הִפָּקֵד unde patet quod per hoc punctum non educitur (י) ex *Quiete*, ac proinde *Mappik* eſſe nequit; ejus enim munus eſt literam antea *Quieſcentem educere* ex *Quiete* & *Mobilem* facere, ut mox evicimus. Clariùs id apparebit ſi oſtendamus punctum illud quod literæ (י) in medio vocis imprimitur eſſe *Dages*: quod ita præſtamus. יִיָּחֵל eſt Futurum in conjugatione *Niphal*, ut Grammaticorum filiis conſtat; eſt ergo loco יִנְיָחֵל: nam Characteriſtica litera ejus conjugationis eſt (נ) quod apparet ex יִפָּקֵד; id enim loco יִנְפָּקֵד venire nemo negat; at verò in

in (פ) eſt *Dages forte* quod literam (נ) excidentem compenſat: quandoquidem ergo litera (י) etiam ex יַנְדַּע excidit & quidem eâdem de causâ, atque loco ejus (ְ) punctum quoddam literæ (י) inpreſſum invenitur, ut literæ פ in יִפְּקֹד, ſequitur quod illud punctum literam (ְ) compenſet. hoc autem fieri nequit quin bis audiatur illud (') : ſemel enim pro ſe audiri debet, licèt puncto careret, ac proinde hoc punctum *Dages forte* ſit neceſſe eſt; quia omnia quæ ad *Dages forte* requiruntur habet: ac nullo modo *Mappik* eſſe poteſt, quia nihil habet quod ad *Mappik* pertinet. Ut nullus dubitationi locus ſuperſtes ſit alia exempla adferemus, quibus idem adſtruitur: litera (י) in חַיֵּב *Mobilis* eſt & in חִיָּה ac proinde in חִיֵּב quod extat Dan. 1. 10. *Mobilis* ſit oportet, ut & in חִיָּה quod legitur Pſ. 22.30. & non poteſt non eo loco eſſe *Mobilis*, quia in conjugatione *Pihel* eſt; adeoque non poteſt ob eandem cauſam non eſſe *Dages forte* illud punctum, quoniam *Dages forte* Characteriſticum eſt conjugationis *Pihel*. quid denique magis abſurdum eſſe poteſt quam quod punctum in (י) in יְחַיֶּה Ezech. 11. 27. *Dages forte* eſſet & in חִיָּה non eſſet *Dages forte* cum hoc Præteritum ſit ejuſdem Conjugationis, cujus illud Futurum eſt? præſertim cùm conſtet *Dages forte* eſſe Characteriſticum totius conjugationis non unius temporis. Quod regerunt quidam ad hæc literam (') priori ſuâ parte vocalem eſſe poſteriori verò conſonam, id illos nihil juvat: nam ſi hoc verum foret, *Mappik* faceret

ut litera quod ad dimidiam ſui partem quieſceret quæ aliâs nunquam cum vocalem ſub ſe habet quieſcit; eſſet ergo potiùs punctum quod facit literas *Quieſcere* quam quod facit literas *Moveri*, in quem uſum tamen à *Maſorethis* excogitatum fuiſſe ex dictis liquet: deinde apparet illud *Chirek* in conjugatione *Pihel* ſemper breve eſſe nam פִּקֵּד non habet פִּיקֵּד ſed פִּקֵּד. adde illam literam (׳) literam thematis eſſe in vocibus ſupra poſitis & ſyllabam diſtinctam inchoare; ac proinde vocalem eſſe non poſſe neque vocalis partem. denique literam geminare eſt proprium puncti *Dages fortis*, ut oſtendimus ad Defin. 9. §. 1. 2. cùm ergo omnes illi fateri cogantur literam in tali caſu geminari. fateri coguntur etiam illud punctum eſſe *Dages forte*; & cum *Dages forte* literam Mobilem tantùm geminet, ut ibidem probatum dedimus, litera (׳) mobilis ſit neceſſe eſt; atque cum *Dages forte* literam ita geminet neceſſe etiam eſt quod bis mobilis ſit, ac proinde quod cum vocali non coaleſcat in unum; ſed econtra vocalem in ſuâ pronunciatione ſiſtat. Unde evidens eſt quod quicquid hîc regerant nullas vires habeat niſi ad evidentiùs demonſtrandum illud punctum non eſſe *Mappik* ſed *Dages forte*.

DEFI-

DEFINITIO XI.

Scheva ſimplex eſt vinculum quod literas conſonantes diverſas in unam ſyllabam conjungit.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Solent *Maſorethæ Scheva* exprimere per nuda puncta. ita ex. gr. Gen. 1. 10. ad vocem לַיַּבָּשָׁה notant לְ וחד לַ h. e. *non invenitur ſæpius cum* (-) *ſub* (ל) *&* *unum extat cum* (:) *ſub* (לְ) aliâs illud vocant חָטֵף quod denotat *Rapiens*: חטף enim *Hebræis Chaldæis* & *Syris* eſt *rapere* vid. Judic. 21. 21. ita legitur ad vocem נְשִׂיא 1 Paral. 2. 10. in *Maſorâ parvâ.* ו׳ חטפ׳ h. e. *ſexies invenitur cum Chateph* ſeu *Rapiente.* Eſt ergo ex *Maſoretharum* ſententiâ *Scheva* non *Vocalis* ſed *Rapiens* hoc eſt quod unum literam rapit & alteri adjungit. ita ſequentes *Rabbini* ſe intellexiſſe teſtantur, qui *Scheva* quatuor hiſce vocabulis ſolent interpretari שׁוא, שוה, שוב, שׁבה unde citeriores Grammatici diſputant à quo horum *Scheva* derivetur. Operæ pretium erit id etiam enucleare, quia non parum luminis & roboris noſtræ ſententiæ confert. Primum itaque denotat *adducere in captivitatem*, vid. Eſ. 61. 1. Secundum ſignificat *reducere*, vid. Gen. 18. 33. Tertium deſignat *æquare.* vid. Jeſ. 21. 25. Quartum denique indicat *vanitatem.* vid. Pſ. 127. 1. 2. hæc ſi conjungantur talis orie-

orietur definitio *Schevatis*, quod ſit *vinculum, quod literas ad ſe invicem ducit vel priorem ſequenti annectendo vel ſequentem ad præcedentem reducendo, ut æquet ſyllabas, cùm interim nil niſi vanitas ſit.* Hæc ut clariùs eluceſcant, oſtendemus *Scheva* nullo modo ſonare, quod in hunc modum facimus. Ex יִחְיֶה eſt per Apocopen יְחִי quod præfixâ literâ (ו) cum (-) eſt וַיְחִי & cum (ו) cum (ִ) וִיחִי; prius *Scheva* retinet, poſterius autem id expungit & quidem ſine ullâ compenſatione: nam ſyllabæ (וַיְ) & (וִי) ſunt ejuſdem quantitatis; ablatis enim utrimque communibus remanent (-) & (ִ) quarum quævis vocalis eſt ſimplex: differentia ſolummodò eſt, quod poſt (-) *Scheva* ſequatur; poſt (ִ) verò non. Hoc autem propterea eſſe nequit, quod una vocalis aliam excedit longitudine, ſunt enim æquales longitudine, ut ad Def. 2. & 3. multis oſtendimus, interim tamen ratio eſſe debet quare hic *Scheva* expungatur & ibi remaneat. Advertimus autem id nunquam fieri niſi quum (י) ſequitur poſt *Chirek*; aliâs enim poſt *Chirek* ſemper *Scheva* manet; non fit ergo propter (ִ) in ſe conſideratum; propter (י) etiam in ſe conſideratum non fit, (,) enim ſæpiſſimè *Scheva* habet; imò ſemper cùm analogia id poſtulat; & nunquam illud reſpuit, niſi poſt (ִ): unde evidenter ſequitur id fieri propter conjunctionem literæ (י) & vocalis (ִ) præcedentis, quo poſito facilè id quod intendebamus evincimus; nam differentia inter (-) ſequente (י) & (ִ) ſequente (י) eſt quod (י) cum (-) non coaleſcat in unum, cum (ִ) verò coaleſcat;

leſcat; quod oſtendimus ad Defin. 3. §. 14. (ְ) itaque manet *Mobilis* poſt (ֶ), *Quieſcit* autem poſt (י): unde conſtat ideò *Scheva* ſub (ְ) poſt (י) expungi, quia cum vocali in unum coaleſcit & ſonare nequit ut conſona; illâ literâ enim *Mobili* manente nunquam *Scheva* expungitur. Hinc patet *Scheva* non ſubſcribi literis cùm vocali in unum coaleſcentibus ſed conſonis tantùm, quæ conſonæ manent: quandoquidem autem ſub (ְ) cùm vocali coaleſcente expungitur, & quidem ſine compenſatione ullâ atque tantùm quum coaleſcit cum vocali, ſequitur quod ibi munus ſuum exſerere nequeat: ſi enim & ibi uſum haberet, deberet exprimi, nullum proinde uſum habet ſub literâ cùm vocali coaleſcente; cujus rei ratio in promtu eſt ex nomine חטף: ponitur enim ut lector diſcat literam cui ſubſcribitur rapiendam eſſe, rapienda itaque eſt ad præcedenrem vel ſequentem; at verò ubi conſtat (ְ) eſſe partem vel potius annexum vocalis præcedentis, ibi non eſt neceſſe, imò prorſus ſuperfluum foret *Scheva* exprimere. Hinc ergo numquam poſt (י) ſub (ְ) manet, quia conſtat (ְ) annectendum eſſe vocali præcedenti. Quæ cum ita ſint, apertum eſt *Scheva* tantùm indicium eſſe, quo monetur lector, literam, cui *Scheva* ſubjectum videt annectendam eſſe alteri: ubi enim id docere poteſt manet, & ſimulac illud extra controverſiam eſt expungitur.

§. 2. Quæ diximus corroborantur ex iis quæ viſa fuere ad Def. 9. ubi agebamus de *Dages forti* oſten-

oſtendimus enim illud *Dages* ita geminare literam quam afficit ut in duas ſyllabas dirimatur, adeoque quod literam valeat & compenſet deficientem. Sic ex.gr. חִנֵּנִי idem eſſe vidimus & æquale τῷ חִנְנְנִי; at verò in priori *Scheva* excidit quod in poſteriori exprimitur; ergo *Scheva* nihil valet, nullo enim puncto compenſatur: quare autem excidat in promtu eſt, videlicet quia conſtat ex *Dages forti* priorem partem literæ (נ) adjici debere priori ſyllabæ, quod nullo modo fieret ſi *Scheva* vocalis eſſet; alteri enim vocali adjiceretur, ut aliâs fieri ſolet in concurſu vocalium; ita ex. gr. quando בַּיִת byſyllabum in monoſyllabum mutatur eſt בֵּית vocalibus ſimplicibus in duplicem confluentibus. prorſus eodem modo ſine ullâ compenſatione וַיַּגֶּה Thren. 3. 33. eſt pro וַיְיַגֶּה & וַיַּדּוּ Thren. 3. 53. pro וַיְיַדּוּ; פקד enim ibi habet יַפְקֵד.

§. 3. Nunc ad definitionem paragrapho primâ contextam revertamur, & videamus quàm accuratè *noſtram definitionem* & *Maſoretharum* nomen חטף exponat. *tria itaque nomina habet quibus ejus munus exprimitur & unum quo ipſius natura explicatur.* 1. eſt quod *abducat* literam cui ſubeſt quaſi in captivitatem; id fit ex. gr. ubi *Scheva* eſt ſub literâ primâ ut in בְּרוֹא quod legendum eſt *broo* non *beroo*. 2. quod *reducat* ſuam literam ad præcedentem, quemadmodum mox ad ſequentem trahebat, ut in דִּבְרֵי quod efferendum *Dib-re* non verò *Di-bre*. 3. quod *æquet*, non literas, illæ enim æquales ſunt quatenus conſonæ ſunt, & ſyllabas cum vocalibus conſtituunt,

tuunt; non vocales, quia æque poſt duplices ſequitur ac poſt ſimplices, ergo ad ſyllabas hoc referendum eſt: æquat itaque ſyllabas, hoc eſt, docet quomodo ſyllabæ ſunt in polyſyllabis ſecernendæ; ita ex. gr. in דִּבְרֵי docet ſuam Conſonam (ב) eſſe adjungendam literæ (ד) & efferendam eſſe in unâ ſyllabâ cum (ִ); ut prior ſyllaba ſit *Dib.* non *Di.* 4. Eſt quod mera ſit *vanitas*: non enim litera eſt, neque vocalis. non eſt litera, quia punctis exprimitur; non eſt vocalis quia ſine compenſatione excidit & alteri vocali non adjungitur; maximè autem quia ejus officium non eſt *ſonare* ſed *rapere*. Atque hinc eſt quod *Scheva* nunquàm ſub literis finalibus exprimitur, licèt ibi requiratur, niſi ubi geminum *Scheva* conjungitur (excipe ſub litera (ך) finali; illud enim ſemper *Scheva* habet; quod factum eſſe autumo quia optimè ei poteſt imprimi, figura enim ad hoc quaſi accommodata eſt.) Clarum enim eſt literam finalem debere connecti cum præcedenti; ideoque *Scheva* ibi ſuperfluum foret: quando autem duæ literæ finales vocali carent exprimitur, quia lector aliâs putaret vocalem ibi omiſſam eſſe: ubi autem penultima litera *Scheva* habet & ultima *Scheva* te notanda eſt, ne lector putaret *Scheva* in penultimâ errore quodam ſubrepſiſſe loco vocalis, atque legeret duas ultimas literas ac ſi diſtincta ſyllaba foret. Ut autem docerent *Maſoretha* ſingulas conſonas vocali carentes *Scheva* requirere, ſub (ך) illud ſemper expreſſerunt; nulla enim alia cauſa excogitari poteſt quare (ך) *Scheva* habet: nam

 exiſti-

exiſtimare quod hoc vel vitium ſit, vel ſine causâ factum, eſt adverſus ſolem loqui; quoniam nulla pagina eſt ubi id non occurrat, & nullus locus ubi non eodem modo ſcribatur.

§. 4. Quatuor illa conati fuimus in Definitione noſtrâ comprehendere, quod & fecimus. Quando enim dicimus *Scheva* eſſe *vinculum*, negamus illud eſſe vocalem; vocalis enim non eſt *vinculum* ſed *ſonus*. Quando diximus *literarum conſonantium* eſſe vinculum, innuimus illud ſub literâ cum vocali in in unum coaleſcente non poni; & præterea quod rapiat literam ſuam ad præcedentem eam reducendo, vel ad ſequentem illam captivam ducendo. Quando denique diximus, illud *diſtinctas literas in unam ſyllabam colligere*, docemus quomodo æquet ſyllabas: unde ſponte ſequitur, illud meram eſſe *vanitatem*; non enim litera eſt neque vocalis. Hoc autem *Scheva* vocavimus *Simplex*, quia nihil eſt niſi *Scheva*, & hoc nomine aliis apponitur, quę *Compoſita* vocari conſueverunt, de quibus mox eſt agendum.

§. 5. Atque ita hinc diſcimus nos optimè ſtatuiſſe, ubi de *Segol* agebamus, ut & ubi figuram ʒ *Kibbuts* exponebamus; *duo Puncta* inter tria, quibus exprimebantur, *Spuria* eſſe, & tantùm indicare vocales haſce in ordine ad *Pathach* & *Cholem minores eſſe efficaciâ*. Nam oſtendimus duo puncta ſecundum lineam in longum extenſam hoc modo (··) valere duas ſimplices vocales §. 12. Def. 2. & 3. Hîc autem probatum dedimus duo puncta perpendiculariter literæ ſubſcripta hoc modo (:) indicere

conſo-

conſonam carere propriâ vocali. Si itaque unico punctulo adjiciam duo puncta hoc modo (··) poſita, erit (···), hoc eſt, tres ſimplices vocales: (∴) itaque neque (∴) tres vocales ſunt, quia puncta aliter collocata ſunt. Si verò adjiciam unico puncto duo alia hoc modo (:) collocata, erit (·:), hoc eſt, vocalis Simplex & Vinculum, quod docet vocalem ſub literâ, cui ſubſcribitur non adeſſe; eſſet ergo ibi *vocalis*, & *vinculum* doceret ibi non eſſe vocalem; ac proindè idem erit ac ſi adeſſet nulla vocalis: quod enim (·) docet adeſſe id (:) docet non adeſſe, (·:) itaque & (∴) non ſunt conflata ex vocali & vinculo. Si denique duo puncta obliquè juncta hoc (.·) vel illo (·.) modo vocali addam erit (·:) vel (:·), hoc eſt vocalis ſimplex ſine aliis vocalibus & ſine vinculo, carentiæ vocalis notâ; illud enim ita (···) ponendum eſt, hoc autem ſic (∴): ac proinde, cum nunquam tres vocales conjungantur hoc modo (···), ſub unâ literâ, puncta illa duo vocalium notæ non ſunt; uti nec vinculi dicti, quia obliquè jacent. At verò cum inter vocalium conjunctarum figuram & vinculi medium ſitum habent in (·:) & (:·), patet, quod quendam exceſſum, vel quendam defectum indicent, qui nullus eſſe poteſt præter eum quem nos adduximus: medium enim ſitum inter vocalis & vinculi, vocalis abſentiæ notæ, habent. Cùm itaque ex Definit. 2. & 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. conſtet (·:) *deficere* ab (-) in *Aperiendo*, & (:·) in *Colligendo* ab (ȯ), hæc duo puncta neceſſariò non *exceſſus* ſed *defectus* indicia ſunt. Puncta itaque duo in (·:) & (:·)

puncto naturali, ut ſic dicam, adjecta, *ſpuria* ſunt, indicantque defectum (ֶ) ab (ַ) in *Aperiendo*, & (ֵ) ab (ֹ) in *Colligendo*: Elegantiſſimè itaque & prudentiſſimè *Maſorethæ* duo illa puncta ita collocarunt in (ֶ) & (ֵ) ut ſimul docerent *deficere* has vocales ab aliis & quomodo ab invicem *diſtinguendæ* eſſent.

DEFINITIO XII.

Scheva Compoſitum eſt vinculum quod literas conſonantes diverſas in unam conjungit Syllabam; & lectorem docet quâ oris conſtitutione conſonans, cui ſubſcribitur, ſit efferenda.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Iſtiuſmodi *Scheva* triplex occurrit in S. Scripturâ, videlicet (ֲ) (ֱ) (ֳ) quæ vulgò vocantur *Chateph Pathach*, *Chateph Segol* & *Cateph Camets*: quod & *Maſorethæ* faciunt; id docente *Buxtorfio* in ſuâ *Tiberiade*; exempla enim mihi non occurrunt: eſt ergo illis *Scheva Compoſitum* æquale *Schevati Simplici*. Et ratio in promtu eſt: *Scheva Compoſitum* enim æquè חטף habet ac *Simplex*, ut ex figurâ liquet. (quod autem vocalis adjecta non doceat id non eſſe חטף mox videbitur.) Ex quo evidens eſt *Scheva Compoſitum* in eo convenire cum

Sche-

Schevate Simplici quod literam rapiat ad ſequentem vel ad præcedentem; & notandum quod nullibi à *Maſorethis Vocalis* vocetur. Vulgò tamen creditur hæc *Schevata* ſonare aliquo modo; quia percipere nequeunt quare aliâs vocalem ſibi adjectam haberent: quod Dogma inveteratum ita debellamus, ſimulque noſtram ſententiam probamus. Si *Scheva Compoſitum* eſſet *Vocalis* aliquo modo, & ideò excogitatum ut literæ gutturales, quæ difficilioris pronuntiationis ſunt, ut & geminæ (iis enim in caſibus loco *Schevatis Simplicis* eſt *Scheva Compoſitum*, uti conſtat) ergo æque deberet eſſe *Scheva Chirek* & *Scheva Kibbuts*, ſeu *Chateph Chirek* & *Chateb Kibbuts*; quandoquidem & pro illis ſubſtituitur *Scheva*, quod nemo negat: at verò illa non dantur ergo alia cauſa ſit, quare excogitata ſunt, manifeſtum eſt; & revera alia cauſa eſt, ut deinceps oſtendemus. Huc accedit quod *Scheva Compoſitum* & *Scheva Simplex* mutuum locum ſuſtineant; ſic ex. gr. unus idemque vir ſine ullâ vocis mutatione vocatur nunc מָרְדֳּכַי nunc מָרְדֳּכַי in libro Eſther. aliquoties: & quod 2 Reg. 2. 1. eſt סְעָרָה verſ. 11. ſcribitur ſine ullâ causâ סְעָרָה: eodem modo Gen. 21. 6. legitur יִצְחַק cùm aliâs ſcribatur יִצְחָק. & Levit. 13. 48. reperitur שְׁתִי quum ſemper aliâs legatur שְׁתִי. Adde quod prorſus ut *Scheva Simplex* expungatur ſine compenſatione. ita Zach. 11. 5. וָאַעְשִׁר occurrit pro וָאַעְשִׁר & 1 Reg. 11. 39. וַאַעַנֶּה pro וַאֲעַנֶּה. Hoc illuſtramus hoc pacto per voces דֶּרֶךְ & אֶרֶץ illæ neque ſyllabis, neque vocali-

 bus,

bus, neque literarum numero, neque accentu à ſe invicem diſcrepant; & tamen ſi ex ſingulari in pluralem moveantur habebis דְּרָכִים & אֲרָזִים ut videre eſt, Deut. 28. 25. & Amos 2. 9. in utràque voce vocalis prima excidit, & utrique literæ *Scheva* ſubſcribitur *Simplex*: hîc *Scheva* (-) adjunctum habet ibi verò non; quæ differentia non ex voce peti poteſt; nam, ut patet, totidem literis utraque conſtat & ſyllabis, atque iiſdem vocalibus gaudet: arceſſendum itaque hoc eſt ex literâ (א): illa autem non requirit ſonum; docuimus enim eam numquam ſonare poſſe ad Def. 5. Schol. §. 3. & Def. 7. §. 1. ac proinde illud (-) non acquirit eum in finem ut ſonet. Quod ſi verum, (-) hîc non ſonet neceſſe eſt, nam propter (א) adeſt; imò ab (א) advocatur, quod ſonare nequit: nullum ergo literæ (א) ſubſidium ferre poteſt ſuo ſono; ac proinde reſpectu (א) idem eſt *Scheva Simplex* ac *Compoſitum*, quod ad ſonum. At verò ab (א) arceſſitur, ſequitur igitur quod hoc aliâ de causâ fiat: in literis autem nihil eſt notandum, quatenus pars vocum ſunt, præter modificationem ſoni vocalis & conſtitutionem oris in earum prolatione; reſtat itaque illud (-) adjiciatur propter oris conſtitutionem, quâ *ſpiritus* lenis in hac voce efferri debet. Hoc non parum confirmatur ex eo quod ſimulac vocalis ibi reponi poſſit ſtatim extrudatur *Scheva Compoſitum* æque ac *Scheva Simplex*. Nam eadem cauſa quæ דְּרָכִים mutat in דַּרְכֵי ex אֲרָזִים facit אַרְזֵי vid. Prov. 5. 21. & Pſ. 29. 5. Et certè ſi ſonum reſpicias non video

qu are

quare *Gutturales* non æque conſonent, quia oſtendimus omnes literas mobiles eſſe ab initio præter (א) ad Def. 7. §. 2. 3. & 8. §. 1. & æquè facilè conſonent quam aliæ literæ; in ſono enim non eſt ulla difficultas ſita: ſed ſi prolationem reſpicias utique magna eſt inter *Gutturales* & alias literas differentia, ut ad Def. 6. §. 3. 4. 5. 6. oſtendimus.

§. 2. *Scheva Compoſitum* itaque in eo à *Schevate Simplici* differt, *quod doceat*, (præter id quod cum *Schevate Simplici* commune habet) *quâ oris conſtitutione litera, cui ſubſcribitur, ſit efferenda.* Id firmiter corroboratum imus ex numero eorum. Ex Defin. 2. & 3. §. 1. . . . . . . 12. conſpicuum eſt (ָ) maximè os aperire & gradatim os colligi in prolatione cæterarum vocalium, ita tamen ut in prolatione (ֵ) & (ִ) oris conſtitutio non multum variet, ſi labia reſpicias, ut & dum profertur (ֹ) & (ֻ), vide Def. 2. & 3. §. 10. 11. 12. Tres ergo maximè notabiles habemus differentias vocalium; (ַ) enim maximè aperit, (ֶ) mediocriter, (ֹ), ſeu quod idem eſt, (ָ breve) minimè. Has expreſſerunt *Maſoretha* per (ֲ) (ֱ) (ֳ): & quia (ֵ) cum (ִ) ferè coincidit, & (ֹ), ſeu quod idem eſt, (ָ breve) cum (ֻ) non neceſſe erat cæteris (ֵ) neque (ֻ) adjicere; quod & non fecerunt: poterant enim commodè ſub prioribus comprehendi. Ubi ergo literæ difficilioris pronuntiationis (pronuntiationis inquam non ſoni) occurrebant, addebant ſignum, quo lector doceretur quâ oris conſtitutione illam literam optimè proferre

ferre poſſet, ut conſpiraret aptè cum ſequenti, vel præcedenti literâ. Si ore hiante opus erat *τῷ Schevati* addebant (-); ſi mediocriter aperto (ֶ); ſi denique ore ferè clauſo (· breve). Id inquam fecerunt; nam conſtat ex iiſdem paragraphis (-) non vocari *Pathach* & *magnum Pathach* propter ſonum, ſed propter oris conſtitutionem; & (ֶ) *Pathach parvum* ob eandem cauſam nuncupatum eſſe; atque *Camets* ob ejuſdem collectionem. Ubi ergo litera habet *Scheva Compoſitum*, ibi per (:) notatur literam illam carere vocali propriâ, ac proinde anne- ctendam eſſe præcedenti vel ſequenti; & per vocalem, ex. gr. (-) innuitur illam literam ore aperto eſſe efferendam. Non obſcurè id ipſi *Maſoretha* innuunt, quando voces, quæ *Scheva Compoſitum* habent loco *Simplicis* vocant רפין; h. e. *lenes*: רפה enim Chaldæis & Syris *lene eſſe* denotat & *remiſſum*. Ita ad vocem מַחֲסֶה notant in *Maſorâ parvâ* ט׳ רפי׳ h. e. *novies eſt lene*; aliâs enim eſt מַחְסֶה. vide Job. 24. 8. Et in *Maſorâ magnâ* reliqua loca adducuntur. *Lenior* itaq; eſt litera quæ *Schevate Compoſito* notata eſt quàm quæ *Simplici* ex mente *Maſoretharum*: & ita revera eſt; nam faciliùs litera cum præcedenti vel ſequenti effertur quæ notam adjectam habet, quâ lector monetur quâ oris conſtitutione cum præcedenti vel ſequenti literâ optimè conſpiret, quàm quæ tali notâ deſtituitur.

DEFI-

DEFINITIO XIII.

Pathach Furtivum eſt pars Schevatis Compoſiti ſub literâ finali docens ore hiante literam cui ſubjacet efferendam eſſe.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Conſtat literis finalibus (ח) & (ע) atque (ה) ſubſcribi (ַ) quando non præcedit (-) vel (-): id fieri propter harum literarum difficiliorem pronuntiationem omnes fatentur; & evidens eſt: tum quia omnes ſunt ſpiritûs aſperi, tum quia literæ (ה) non ſubſcribitur unquam quando *quieſcit* & *lenis* eſt. Volunt omnes ferè Grammatici illud (-) veram eſſe vocalem, adeoque credunt id ante literam efferendam eſſe; quod tamen ipſi fatentur eſſe contra linguæ genium, ut revera eſt: nam ideò (א) adhibetur ne ſyllaba indecorè à vocali initium caperet; illa enim litera aliâs prorſus ſuperflua foret. Nam ex. gr. ſi vocalis ante literam legi poſſet, cui ſubjuncta eſt, in voce אֶפְקָךְ quare non ſcriberetur hoc modo פְקָךְ ſine (א)? id tamen nuſquam factum eſt. Tandem dicunt pro ſuâ ſententiâ, *Furtivum* eſſe nuncupatum hocce *Pathach* quia *furtim eſt efferendum* & *rapidiſſimè*; quod contra omnem rationem eſt. Si enim verum (-) ſit, ut verum (-) ſonet neceſſe eſt:

 imò,

imò, cùm literam mobilem poſt ſe habeat, duplò latiùs ſonare debet quàm in ſyllabâ primâ vocis קחח, uti conſtat ex iis quæ §. 2. 3. Def. 8. oſtendimus. Ut noſtram aperiamus mentem fatemur ingenuè ab antiquioribus Grammaticis גְנֻבָה *Furtivum* vocari hocce *Pathach*; ſed & ſtatuimus illud explicari debere ſecundum analogiam ſupra dictorũ. Conſtat inter omnes Grammaticos illud (-) non occurrere niſi ſub dictis duriuſculis literis quando ultimæ vocum ſunt. Conſtat inſuper illud (-) ſemper iis ſupponi, quando non præcedit (-) vel (ˑ), nunquam autem quando præcedunt; unde colligere datur inpræſentiâ vel abſentiâ (-) vel (ˑ) cauſam latere. At verò (-) maximè os aperit, & in ꟷ (ח) & (ע) prolatione os valdè aperiendum eſt, quia in gutturis inferiori parte formantur, ut vidimus §. 5. 6. Schol. Defin. 5. *Mappik* autem literam (ה) indureſcere oſtendimus Def. 10. §. 1. 2: litera verò finalis arripienda eſt à conſonâ præcedenti, uti docuimus ad Def. 4. ac proinde illa vocalis (-) os ſatis aperit ad iſtiuſmodi literæ commodam prolationem: quandoquidem ergo tunc (-) non ponitur ſub iſtiuſmodi literâ, facilè patet id fieri, quia commodè efferri poteſt, & os debito modo adapertum eſt per (-) præcedens. Verùm cum vocalis præcedit os ita non adaperiens, quales omnes ſunt exceptis (-) & (ˑ) uti ad Def. 2. & 3. oſtendimus, & os operiri valdè neceſſe eſt in iſtiuſmodi literæ pronuntiatione, uti conſtat; optimum fuit lectorem de eo admonere. Id verò commodiùs fieri nequi-

nequivit quam per (-) quia illa vocalis maximè aperit. Nec eſt quod quis ad hæc regerat (ׇ) potius os colligere quàm aperire; nam poſterior pars (ׇ) eſt (-) non verò (ô) ut liquet ex omnibus locis ubi vocalis hæc corripienda venit propter literam mobilem ſequentem: illa enim, cùm non ſinat (ׇ) longitudine debitâ efferri ante ſe inter ſonandum eum ſiſtit; ut docuimus Def. 8. §. 4. ac proinde prior ejus pars ſonat non poſterior; at verò quando (ׇ) ſiſtitur à literâ mobili & duplicatur, ſeu potius replicatur, nihil niſi (ô) auditur, uti conſtat; unde & ſæpe cum (ֹ) commutatur. Ita promiſcuè occurrit ſæpiſſimè (כָּל) & (כֹּל): ſi autem prior ejus pars ſit (ô) utique (-) poſterior eſt, ac proinde ubi ante (ה) (ח) vel (ע) occurrit cum accentu, quod ſemper ſit, longitudinem ſuam retinet, & in (-) deſinit.

§. 2. Eſt itaque *Pathach Furtivum* merum *Scheva Compoſitum*: idem enim præſtat quod (ֲ), & eâdem de causâ literæ ſupponitur, ut ex collatione liquet. Reſtat itaque videamus quare *Furtivum* vocatum ſit; ad quod non multo labore opus eſt, ſponte enim id fluit, nam vidimus quod *Scheva Compoſitum* ſit conflatum ex *Schevate Simplici* & *vocali*, ad Defin. 12. quodque *Scheva Simplex* nihil aliud ſit niſi *vinculum literam conſonantem cui ſubeſt alteri annectens*, Def. 11. §. 1. 2. 3. 4. 5. (-) autem docere ore hiante literam cui adjunctum eſt efferendum eſſe, patuit Def. 2 §. 5. 6. Vidimus præterea ad Def. 11. §. 3. *Scheva Simplex* non

non exprimi ſub literis finalibus exceptâ (ך), quia conſtat illam eſſe præcedenti annectendam: ex hiſce ſequitur quod (ֶ) totum finali literæ, ſubſcribi non debeat: prior enim pars (ׄ) ſuperflua foret, ob rationem dictam; poſterior autem pars (-) exprimi ibi commodè poterat & debebat, quia litera finalis (ח) vel (ע) æquè ore hiante efferri debet in fine vocis quàm in medio, vel in initio; eſt enim eadem litera ubique & ejuſdem pronuntiationis. Quandoquidem igitur poſterior pars ibi exprimitur & prior non, meritò (-) *Furtivum* vocari meretur, utpote cùm de (ֶ) *Furtim* ſurreptum ſit (ׄ), & (-) *Furtim* ſe, ac ſi vera vocalis eſſet, ingerit.

§. 3. Hæc non exiguum robur accipiunt ex eo quod hocce (-) æque ac *Scheva Simplex* & *Compoſitum* extra ordinem literæ ſubjicitur: verbum enim נסע ex. gr. in *Partic. Benoni* habet Num. 10. 33. נֹסֵעַ ad formam פֹּקֵד; & verſ. 35. in *Infinitivo* נְסֹעַ ad formam פְּקֹד, & ſic ubivis, ubi non præcedit finalem literam (-) vel (ׄ); cùm tamen verbum hcc nuſquam ab analogiâ deflectat. Par ratio eſt in iis verbis quæ in (ח) deſinunt, & in (הּ); ſic enim זבח in *Partic. Benoni* habet זֹבֵחַ Pſ. 50. 23. &c. & גבה in eodem *Participio* גְּבֹהַּ in ſtatu conſtructo. Pſ. 103. 11. Adde quod illud (-) etiam quemadmodum *Scheva* ſine compenſatione excidat, ſimulac (-) vel (ׄ) ante ſe acquirit literâ finalis; atque adeò quod ob hanc cauſam ſæpe vocales præcedentes in (-) mutentur. En utriuſque aliquot exempla מִזְבֵּחַ

in

in *Plurali* eſt מִזְבְּחוֹת Num. 23. 5. & אֱלוֹהַּ infinitis in locis אֱלוֹהִים; נוֹסֵעַ Num. 10. 29. נוֹסְעִים. Ita rurſus יַבְטַח 2 Reg. 18. 30. eſt pro יַבְטִיחַ: in *Kal.* enim habet בָּטוּחַ Jeſ. 26. 3. & פִּתַּח *Præterit. Pihel* pro פִּתֵּחַ; Conf. Job. 30. 11. & 12. 18. poſteriori enim in loco plenè ſcribitur פִּתֵּחַ. Atque ad hunc modum verbum קרע in eodem *Futuro Niphal* nunc legitur יִקָּרֵעַ Exod. 28. 33. nunc יִקָּרֵעַ. 1 Sam. 15. 27.

DEFINITIO XIV.

Accentus eſt nota Syllabam quam afficit elevans.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Quamvis vocales literis adſcriptæ eſſent, ac proinde voces pronuntiari poſſent, non tamen id ſufficiebat; quandoquidem nihil magis inconcinnum eſt, quàm quod Periodi eâdem ſyllabarum quantitate, eodemque tono efferantur; nam ut eleganter *Horatius*:

Ridetur chordâ qui ſemper oberrat eâdem.

Hoc itaque ut evitaretur una ſyllaba aliis magis erat *Elevanda* & una vox aliâ, adeoque notæ excogitandæ fuêre, ut lectores S. Scripturæ, quibus lingua *Hebræa* non ampliùs vernacula erat, (nam in *Captivitate Babylonicâ* abiit in deſuetudinem, ut ex Neh.


Neh. 13. 23. & Eſr. 9. 2. colligere datur & epiſtolis *Chaldaicis*. 2 Reg. 18. 26. hiſce adſtipulantur *Joſephus. lib. Antiq.* 10. *c.* 2. & *lib.* 11. *c.* 1... 4. *Rabbini* atque tota antiquitas.) ſcirent ſyllabas & voces *Elevandas* ab aliis diſtinguere, atque Periodos, earumque partes à ſe invicem ſecernere. At verò hæ notæ præſupponebant voces omnino ſcriptas eſſe integras antequam apponerentur. Quomodo enim quis concipiet notas appoſitas eſſe, ad moderandam pronuntiationem, & diſtinguendas orationis partes, antequam voces integræ extarent atque Periodi? Quæ diximus nos clarè *Maſoretha* docent, illi enim *Puncta* & *Lineolas* adinvenerunt præter *Vocalium* & *Literarum* figuras, eaque nuncupârunt טעמים; vide modò Gen. 17. 27. ad vocem הַלְבָן: ibi enim dicunt ז׳ פתח בטע׳ h. e. *ſeptem habent Pathach cum Accentu* (per *Pathach* intelligunt (ַ) quandoquidem *Accentus* eſt tantùm in ultimâ ſyllabâ.) טעם autem *Saporem* notat *propriè*, ut diſcimus ex Num. 11. 8. *Metaphoricè* verò *Rationem*, *Conſilium*, *Judicium*, *Speciem*, *Senſum*, & *ſententiam*, vide Prov. 11 22. 1 Sam. 25. 33. Eſr. 4. 8. 6. 14. *Proprio* & *Metaphorico* ſenſu ſimul, occurrit Jo. 3. 7. *Accentus* itaque ex *Maſoretharum* ſententiâ addunt gratum *Saporem* ſyllabis quibus adjunguntur, & *Conſilium* dant lectoribus quomodo ſententias & periodos, earumque partes cum ratione ſecernent. Clarum eſt *Accentibus* omnibus id quod diximus commune eſſe, quoniam commune ipſorum nomen eſt; ex quo ſequitur vocalem *Accentu*

centu inſignitam hoc ipſe differre ab aliâ vocali quæ *Accentu* caret; alioquin enim fruſtra eſſent *Accentus* excogitati & appoſiti, ac nullo modo ſuo nomini ſatisfacerent: at verò quomodo & in quantum ab aliâ vocali diſcrepet non ita evidens eſt. Vulgò creditur differentiam in eo conſiſtere, quod *vocalem, quam afficiunt revera longiorem reddant* & ſimul *elevent*: prius certè non tantùm non poſſum admittere ſed & contrarium non dubito verum eſſe; nam illud non obſcurè ex voce ipsâ טעם confutatur. *Sapor* enim cibum non mutat, ut maneamus in eâdem metaphorâ, ſed cibum appoſitum cum jucunditate ſumi facit: *Ratio* autem *Conſilium, Judicium*, &c. de ſyllabis & periodis præſupponunt ſyllabas & periodos dari, ac ſe eas conſiderare ut inveniunt. Adde quod ſi *Accentus* ſuâ vi vocalem prolongarent utique ipſi deberent *ſonare* vel *conſonare*: ſed neutrum faciunt, quia hoc *Literarum* eſt, illud verò *Vocalium*; *Accentuum* autem eſt efficere ut *guſtemus* vocalem, gratamque ejus pronuntiationem percipiamus, & ut cum *Ratione* & *Judicio* ſyllabas, ſententias, ac periodos diſtinguamus. Id itaque *Accentibus* tribuere, eſt confundere *Accentus* cum vocalibus & literis quieſcentibus, atque ita negare *Accentus* eſſe id à quo nomen habent & id facere quem in finem excogitati ſunt. Sed age propiùs accedamus, & perſpicuè oſtendamus, quod *Accentus* vocalem non reddat longiorem; ſeu, quod idem eſt, *Tempore* augeat *Longitudinis*. Ponantur ex. gr. (ֽ) & (-): hæc Simplex

Neh. 13. 23. & Eſr. 9. 2. colligere datur & epiſtolis *Chaldaicis*. 2 Reg. 18. 26. hiſce adſtipulantur *Joſephus. lib. Antiq.* 10. *c.* 2. & *lib.* 11. *c.* 1. . . 4. *Rabbini* atque tota antiquitas.) ſcirent ſyllabas & voces *Elevandas* ab aliis diſtinguere, atque Periodos, earumque partes à ſe invicem ſecernere. At verò hæ notæ præſupponebant voces omnino ſcriptas eſſe integras antequam apponerentur. Quomodo enim quis concipiet notas appoſitas eſſe, ad moderandam pronuntiationem, & diſtinguendas orationis partes, antequam voces integræ extarent atque Periodi? Quæ diximus nos clarè *Maſoretha* docent, illi enim *Puncta* & *Lineolas* adinvenerunt præter *Vocalium* & *Literarum* figuras, eaque nuncupârunt טעמים; vide modò Gen. 17. 27. ad vocem הַלְּבָן: ibi enim dicunt ז פת בטע h. e. *ſeptem habent Pathach cum Accentu* (per *Pathach* intelligunt (ַ) quandoquidem *Accentus* eſt tantùm in ultimâ ſyllabâ.) טעם autem *Saporem* notat *propriè*, ut diſcimus ex Num. 11. 8. *Metaphoricè* verò *Rationem*, *Conſilium*, *Judicium*, *Speciem*, *Senſum*, & *ſententiam*. vide Prov. 11 22. 1 Sam. 25. 33. Eſr. 4. 8. 6. 14. *Proprio* & *Metaphorico* ſenſu ſimul, occurrit Jo. 3. 7. *Accentus* itaque ex *Maſoretharum* ſententiâ addunt gratum *Saporem* ſyllabis quibus adjunguntur, & *Conſilium* dant lectoribus quomodo ſententias & periodos, earumque partes cum ratione ſecernent. Clarum eſt *Accentibus* omnibus id quod diximus commune eſſe, quoniam commune ipſorum nomen eſt; ex quo ſequitur vocalem *Accentu*

centu inſignitam hoc ipſe differre ab aliâ vocali quæ *Accentu* caret; alioquin enim fruſtra eſſent *Accentus* excogitati & appoſiti, ac nullo modo ſuo nomini ſatisfacerent: at verò quomodo & in quantum ab aliâ vocali diſcrepet non ita evidens eſt. Vulgò creditur differentiam in eo conſiſtere, quod *vocalem, quam afficiunt revera longiorem reddant* & ſimul *elevent*: prius certè non tantùm non poſſum admittere ſed & contrarium non dubito verum eſſe; nam illud non obſcurè ex voce ipsâ טעם confutatur. *Sapor* enim cibum non mutat, ut maneamus in eâdem metaphorâ, ſed cibum appoſitum cum jucunditate ſumi facit: *Ratio* autem *Conſilium*, *Judicium*, &c. de ſyllabis & periodis præſupponunt ſyllabas & periodos dari, ac ſe eas conſiderare ut inveniunt. Adde quod ſi *Accentus* ſuâ vi vocalem prolongarent utique ipſi deberent *ſonare* vel *conſonare*: ſed neutrum faciunt, quia hoc *Literarum* eſt, illud verò *Vocalium*; *Accentuum* autem eſt efficere ut *guſtemus* vocalem, gratamque ejus pronuntiationem percipiamus, & ut cum *Ratione* & *Judicio* ſyllabas, ſententias, ac periodos diſtinguamus. Id itaque *Accentibus* tribuere, eſt confundere *Accentus* cum vocalibus & literis quieſcentibus, atque ita negare *Accentus* eſſe id à quo nomen habent & id facere quem in finem excogitati ſunt. Sed age propiùs accedamus, & perſpicuè oſtendamus, quod *Accentus* vocalem non reddat longiorem; ſeu, quod idem eſt, *Tempore* augeat *Longitudinis*. Ponantur ex. gr. (ֽ) & (-): hæc Simplex

plex vocalis eſt, illa Duplex, ut ex §. 5. & 12. Def. 2. & 3. liquet; hæc uno Tempore illa duobus gaudet Eſſentialibus, & duplo longiori morâ efferenda eſt, prout oſtendimus §. 17. 18. ejuſd. Definitionis: (-) ergo *Accentu* notatum ex hypotheſi etiam eſſet duorum Temporum, æquè ac vocalis Duplex, ſi *Accentus* vocalem longiorem redderet tempore; ac proinde eadem mora, quæ ad ȝ (‚) prolationem requiritur, etiam requireretur ad prolationem ȝ (-) cum *Accentu*. Quod oculis ſpectandum ſubjicimus ut clariùs intelligi poſſit hiſce lineis.



Valeat

Valeat linea A unum Tempus. Hæc igitur geminanda eſt ad compenſandam ſeu repræſentandam longitudinem vocalis (ֵ) : ſint ergo lineæ confluentes, quia duplex vocalis eſt, B C & D E. Sola autem ſufficit ad (-) exhibendum, quia vocalis ſimplex eſt; ſit ergo linea F. ipſi A. æqualis; additum ei *Accentum* repræſentet linea G, ipſi A & F æqualis. Illæ duæ etiam ſibi invicem addantur, & fiat linea H. I. K. L. ex conſtructione hæ lineæ integræ B E & H L erunt æquales. Apponatur deinde utrique litera mobilis, ſeu quod idem eſt linea *Tempus Latitudinis* repræſentans, ut conſtat ex §. 2. 3. Def. 8. & ſint lineæ M & N. hoc facto manebunt inter ſe æquales lineæ B. E. M. & H. L. N. quoniam æqualibus æquale ſolummodo additum eſt. Verumenimverò contrarium hîc accidit; nam (ֵ) propter mobilem ſequentem mutabitur in (-); & (-) manebit ut ante fuit, quod & experientia & ratio confirmant. Nam ex. gr. צְדָקָה literâ (ה:) in (ת) converſâ ſemper eſt צִדְקַת; at verò בַּת manet ut eſt. vid. Pſ. 45. 11. huic experientiæ, ut diximus, adſtipulatur ratio, illa enim docet quod vocalis (ֵ) *Tempore* exuitur per literam mobilem, quia vocalem duplicem non ſinit liberè ſonum ſuum diffundere, ut oſtendimus §. 4. Def. 8. propterea quod duorum *Temporum* eſt: ac proinde vocalem (-) cum *Accentu* non eſſe duorum *Temporum Longitudinis* clarum eſt, debebat enim eodem modo ac (ֵ) hîc *Tempore* uno privari. Nam quemadmodum linea B. E. propter obſtaculum ſuâ parte

truncatur, D. E; & B. C. dilatatur per M. Ita & linea H. L. ob eandem cauſam parte ſui K. L. truncanda eſſet, & dilatanda H. I. per N. Quod cum non fiat in בָּת, manifeſtum eſt *Accentum* non addere vocali *Tempus* quo longior evadit. Quod ſi quis adhuc præfractè negaverit, neceſſe eſt dicat vel lineam H. I. vel K. L. *Accentum* repræſentare; (-) enim unum ſolummodo *Tempus* habet, & ex adverſariorum hypotheſi *Accentus* aliud ei addit, quo longior ſit. Utrum eligat conſtrictus tenetur. Si enim dicat H. I. repræſentare *Accentum* ergo K. L. vocalem adumbrabit: cum autem propter mobilem linea H. L. ſui parte dimidiâ K. L. privari debet, ut vidimus, utique vox (בָּת) ſuâ vocali privabitur. Et cùm inſuper geminanda ſit linea H. I. per lineam N. ut etiam viſum utique in voce, (בָּת) remanebunt, vocali ejectâ, duo *Accentus* hoc modo בָּת, quod abſurdum eſt. Si verò dicat lineam K. L. repræſentare *Accentum* non minùs in naſſam incidet: nam ſic linea H. I. adumbrabit vocalem quoniam autem propter literam mobilem linea H. L. parte poſteriori K. L. privari debet, utique vox (בָּת) ſuo *Accentu* privetur neceſſe eſt: & cum geminanda ſit linea H. I. per lineam N. utique in voce (בָּת) remanebunt duo (-) quod non minus abſurdum eſt: nam duæ ſimplices vocales, duo *Tempora Eſſentialia*, liberè fluerent ante literam mobilem & tamen unum natum fuiſſet per reſiſtentiam literæ mobilis. Conſtat itaque *Accentum* vocalem non producere *Tempore Longitudinis*.

§. 2. Quam-


§. 2. Quamquam hæc ita ſe habeant, nihilominus tamen credimus *Accentum beare vocalem Tempore*: nam *Accentus* ſyllabam elevando, cui ſubſcribitur, eam **Clariorem** reddit cæteris, ut conſtat; illam autem elevationem vocalem quaſi longiorem reddere (cùm tamen id revera non facit, ut oſtendimus §. 1.) ex *Muſicâ* diſcimus. Si enim ſyllabas, altioribus notis inſignitas, alternatim cum iis permutaveris quæ notis inſignitæ ſunt inferiorem locum occupantibus, & quantâ fieri poteſt ἀκριβείᾳ æquali intervallo eas cantillaveris, ſeu, ut illi loqui amant, ſecundum *Menſuram Muſicam*, clarè percipies, illas ad has eſſe ferè ut Duo ad Unum. Utriuſque hujus rei nobis lingua *Græca* argumenta evidentiſſima ſuppeditat: (à quâ hîc argumentari licet, quia omnium linguarum hac in parte eadem eſt ratio; in omnibus enim *Accentus* pronuntiationem moderantur.) Carmina non legunt ſecundum *Accentus*, ſed ſecundum *Metrum*, hoc eſt ſecundum longitudinem vel brevitatem vocalium. Ex. gr. verſ. 272. Ιλ. ζ. ita ſcandunt:

Ἔστιν ἐ|νὶ μεγά|ρῳ καὶ | τοὶ πολὺ | φίλτατ|ος | αὐτῇ.

Si *Accentus*, ut illi dicunt, vocalem *brevem longam* facit, ſeu, ut noſtro more loquamur, *ſimplicem duplicem* reddit, quare (α) in μεγάρῳ non eſt longa; cùm per ſe ſola ſit anceps? quare (υ) in πολὺ brevis manet, cùm etiam anceps ſit? & ſi *Accentus* non videantur vocalem ſuâ elevatione producere, quare, quando ſecundum *Accentus* legitur hic verſiculus, ſecunda ſyllaba in eâdem voce με-

γάρῳ longior videtur eſſe quam prima? nemo enim negare poteſt illam ſyllabam longè aliter ſonare, ſecundum *Accentus*, quàm ſecundum *Metrum*. Concludimus ergo *Accentus* vocalem elevando beare *Tempore*; idem enim valet quod ad aures noſtras illa intenſio ſyllabæ quod productio, videtur enim eſſe duplo longior ſyllaba *Accentu* notata cæteris ſibi æqualibus, cùm tamen revera non ſit longior, ut probatum dedimus. Hoc poſito deſpiciendum venit, quo epitheto id *Tempus* nuncupabimus. Id nos docebit ipſa hujus *Temporis* natura: in muſicâ obſervamus ut diximus ſyllabas altioribus notis inſignita, licèt æquali intervallo cum cæteris cantentur, aliis duplo longiores videri; idem de ſyllabis *Accentu* notatis dicendum eſſe ſcanſio præcedentis verſiculi & lectio ſecundum *Accentus* docet: elevando enim ſyllabas ſupra cæteras eas prolongare videntur, cùm revera tantùm eas attollant; commodiſſime itaque hocce *Tempus* vocabimus *Tempus Altitudinis*, quia id vocabulum accuratè exprimit id quod *Accentus* facit & ſimul clarè illud ab aliis *Temporum* ſpeciebus diſtinguit. Quæ diximus ut meliùs percipiantur à lectoribus, & cum aliis *Temporibus* hocce conferri poſſit per lineas exponimus in hunc modum.

Linea



Linea A Vocalem repræſentet; linea B. *Accentum*; hanc tranſverſam debere eſſe ex eo eluceſcit, quod *Accentus* vocalem elevat: cùm prior in longum debet extendi; quoniam vocalis longitudine gaudet ut §. 17. 18. Def. 2. & 3. docuimus. Hæ ſi ſibi invicem adjungantur erit figura C. D. E. non verò F. G. H. I. quandoquidem illa linea duo *Tempora Longitudinis* repræſentat, ut ex ſitu partium ejus liquet. Interim figura C. D. E. æquivalet lineæ F. G. H. I. quoniam pars unius E æqualis eſt parti alterius H. I. æque ac C. D. æqualis eſt lineæ F. G. differentia ſola eſt in ſitu, quod hîc linea in longitudinem ibi autem in altitudinem ducta eſt, ut ex conſtructione apparet. Si quis ergo pro lineâ A. ſumat (-) & pro B. *Accentum*; ex. gr. (‸ *Athnach*)

 in

in primâ ſyllabâ vocis קָ֑מַח ; & pro lineâ F. I. (ָ) in primâ ſyllaba vocis דָּבָר , utique utrobique quidem erunt duo Tempora; ſed in (קָ֑) erit unum *Eſſentiale* ſeu *Longitudinis*, & unum *Altitudinis*, planè ut in figurâ C. D. E. quia *Accentus* elevat vocalem, non longiorem reddit, ut viſum eſt: in (דָ) autem duo Tempora *Eſſentialia*, ſeu quod idem eſt *Longitudinis*; eſt enim duplex vocalis. Quod autem lineam E. *Accentum* repræſentantem non poſuimus ad extremitatem hanc aut illam lineæ C. D. ſed ejus medio applicavimus; id ideò fecimus, quia tota vocalis ex æquo elevatur per *Accentum*, non verò prior vel poſterior pars tantùm; id autem non meliùs repræſentari poterat quàm ſi medio lineæ C D lineam E adjungeremus eamque ſupra illam ita collocaremus, ut ipſa figura doceret *Accentum* vocalem totam in altum extollere.

§. 3. Hac difficultate ſuperatâ aliam nobis movent, qui credunt *Accentus producere vocales*: dicunt enim id negari non poſſe quandoquidem *Accentus* ſæpiſſimè ipſas vocales breves in longas convertunt. *Pauſæ majores*, inquiunt, *producunt communiter* (ַ) *&* (ֶ) *in* (ָ) *ergo Accentus vocales producunt.* Ante omnia advertendum eſt *longè aliud eſſe producere vocales*, quàm *eas mutare*; nam *producere* eſt vocalem relinquere, quod ad figuram, ut eſt, & morâ adaugere in pronuntiando: *mutare* verò eſt vocalem brevem in longam vertere, h. e. ut nos loquimur ſimplicem in duplicem. Profectò quis non videt hæc duo valde diſparata eſſe, *Accentum*

ſuâ

ſuâ præſentiâ vocalem in aliam mutare; & vocalem quando effertur majori morâ beare? prius aliquo modo poteſt concipi, nempe quatenus elevatio videtur nobis revera producere vocales ſecundum ea quæ diximus §. 1. 2. poſterius autem nullo modo. Nam ſi *Accentus* vocalem, ex. gr. (-) in (·), mutaret, utique non eſſet טעם ſed תנוין, h. e. non *Sapor* aut *Ratio* indicans quomodo ſyllaba elevanda eſſet, ſed vera vocalis; ac proinde non maneret *Accentus*, ſed in Punctum vocale degeneraret: (-) enim in (·) mutari nequit niſi addendo punctum *Cholem*, daret ergo *Accentus* quo ipſe caret; non enim eſt *ſonus* ſed *modulatio ſoni*. Adde quod ſi *Accentus* (-) per ſe mutaret in (·) parte ſui deberet privari, quod tamen nuſquam fit: ſic enim ex. gr. *Rebhia*, qui puncto ſimplici abſolvitur, non poſſet magis manere ſupra literam, ſi vocali infra literam conſtitutæ punctum adjiceret, quàm *Dages forte* ſimplicem in duplicem convertere poteſt & manere in medio literæ. Par ratio eſt in *Sakeph* & *Segolta*; ille enim, cùm duobus punctis conſtet, amitteret unum; & hic cum tria habeat duo tantùm retineret, quod cum univerſali experientia pugnat.

§. 4. Hiſce præmiſſis propiùs accedamus. Grammaticorum filiis notum eſt *Accentus* ſolere diſtingui in *Grammaticos*, *Syntacticos* & *Muſicos*. *Grammaticos* vocant, qui ſyllabam, quam afficiunt, elevant; quâ de re locuti ſumus §. 1. 2. *Syntacticos* autem nuncupant, qui periodos in ſua membra di-

ſtinguunt, & à ſeſe mutuo; quo munere funguntur. 5. ex eorum turbâ, nempe, *Rebhia*, *Sakephkaton*, *Segolta*, *Athnach* & *Silluk* quorum figuræ & ſedes hæ ſunt (א֗) (א֔) (א֒) (א֑) (אֽ). Inter illos eminent *Athnach* & *Silluk*, quod & nomina indicant; אתנח enim *Reſpirationem* denotat, & סלוק *Proſtrationem*. Ex his *Rebbia* & *Sakephkaton* valent idem quod *Comma*; *Segolta* quod *Semicolon*; *Athnach*, quod *Colon*, & *Silluk* quod *Punctum*, ut experientia docet & apud omnes in confeſſo eſt. Licèt ergo plures imò omnes *Accentus Syntactici* ſint, quemadmodum *Grammatici* ſunt, non tamen reliqui ſunt ejuſdem valoris; nullus enim præter hos. 5. notabilem inciſionem facit: unde hi. 5. per excellentiam *Pauſantes* ſolent vocari. *Muſicos* appellant rurſus omnes quatenus cantum moderantur, ſolebat enim, ſi non S. Scriptura integra, ſaltem partes ejus in templo cantari, ut conſtat ex 1 Paral. 25. ab eo munere à *Thalmudiſtis* ſolent nuncupari נגינות, quod *Modulationes Muſicas* denotat, ut colligere datur ex. 1 Sam. 16. 16. inter omnes autem *Accentus* etiam hi quinque *Pauſantes* hîc excellere ſtatuuntur.

§. 5. Nunc ad argumentum revertamur. Reſpondemus itaque vocales mutari non poſſe ex ſimplicibus in duplices, per *Accentus Grammaticos*, quia illorum munus eſt elevare vocalem cui apponuntur; unde & *Accentibus Grammaticis* id non ſolent tribuere. Per *Syntacticos* etiam id non poſſe fieri patet, quia ipſa Syntaxis non curat vocalium

ſimpli-

ſimplicitatem aut duplicitatem ſed partium periodi conjunctionem, earumque nexum. Et *Accentus Syntactici minores* orationem vel leviculè ſuſpendunt vel promovent ad commodum membrum. *Majores* autem ſiſtunt pronuntiationem, ut *Comma, Semicolon*, *Colon*, & *Punctum*: ſiſtere autem pronuntiationem & prolongare ſunt contraria. Et certè ſi hi. 5. *Accentus* propterea *Pauſæ* vocantur, quod periodum in ſua membra diſtinguant & periodos à ſe invicem, utique nullo modo propter hoc poſſunt dici producere vocales multò minus ſimplices in duplices mutare: nam ſimul ſiſterent pronuntiationem & prolongarent, reſpirandum eſſe docerent & pergendum in pronuntiatione; quæ abſurda eſſe quivis videt. Profectò ſi ita res ſe haberet nunquam in linguâ *Hebræâ* reſpirandum foret: non enim reſpirandum eſt, ubi non eſt *Pauſa*; ubi verò *Pauſa* eſt ex hypotheſi vocales produci & extendi debent atque continuari pronuntiatio.

§. 6. Sed brevibus illud dogma planè evertamus. Si hæ *Pauſæ* mutarent vocales ſimplices in duplices quatenus *Pauſæ* ſunt, utique ubicunque *Pauſæ* eſſent, deberent ita mutare vocales; at verò infinitis in locis *Pauſæ* ſunt & tamen id non faciunt, ut apud omnes in confeſſo eſt. Deinde, ſi *Pauſæ* hæ vocales converterent ſimplices in duplices, quatenus *Pauſæ* ſunt, deberent variè mutare; ex. gr. ſi *Rebhia* (∵) convertat in (·), hoc eſt unum Tempus cauſat, deberet *Segolta* duo Tempora

cauſare, & vocalem facere triplicem, *Atnach* quintuplicem & *Silluk* octo integris Temporibus eam adaugere; quod tamen nuſquam apparet: ſemper enim, quando aliquis horum vocalem ſimplicem mutare creditur, tantùm eam duplicem reddit. Ita autem fieri debere patet, quia ea ratio eſt inter *Comma*, *Semicolon*; *Colon* & *Punctum*, quæ inter 1. 2. 4. 8. ut cuilibet notum eſt. Denique conſtat ex S. Scripturâ ſæpius ad præſentiam harum *Pauſarum* vocales duplices in ſimplices mutatas eſſe: exemplum in hanc rem illuſtre vid. Pſ. 34. 1. ibi enim loco וַיֵּלֵךְ dicitur ad præſentiam ℥ *Silluk Pauſarum* maximæ וַיֵּלַךְ, Notabile valde hîc eſt quod habent *Maſoretha* ad vocem וַתֹּאכַל Gen. 3. 6. nempe כׄ כׄ פתח באתנחתא. hoc eſt, *ſic ſcriptum eſt cum Pathach & Athnach*. Quod ita illuſtratur in margine ויאמר, וילך, ויאכל, ותאכל, ותאמר, וירד, בלכם, פתיחי, ואפיל, ינן, עבר, לא, לתקנתא, דתקנת, וספ׳, באתנחתא: hoc eſt, *ſemper hæc verba licèt Athnach vel Soph-Paſuk notentur habent Pathach, quia correctionem correctioni non facimus*. Unde æquè nobis liceret concludere, ſi adverſariorum argumentum procederet, *Pauſas* haſce corripere vocales & duplices mutare in ſimplices, quam ſimplices in duplices. Per *Muſicos Accentus* tandem id fieri non poſſe non minus evidens eſt; *Muſici* enim, licèt cantu vocales producant, nunquam tamen mutant: nam cum iiſdem vocalibus cantantur ex. gr. *Pſalmi*, cum quibus leguntur; ut apertum eſt.

§. 7. In-

§. 7. Interim tamen negari nequit ad præſentiam harum *Pauſarum* ſæpe vocales mutatas eſſe & id nuſquam factum eſſe niſi ubi aliqua harum adeſt: hoc enim Grammaticis occaſionem dedit dogma illud cudendi de vocalium per *Accentus* mutatione. Non ſatisfactum itaque inſtituto noſtro erit, niſi ubi & id explicaverimus: nam hactenus tantùm oſtendimus *Accentus* non mutare vocales; non verò docuimus, unde id oriatur quod ad præſentiam *Accentuum* ex. gr. (ᴧ) & (ı) vocales mutatæ ſunt. Ad hoc itaque nos jam accingimus. Conſtat ex ante dictis id hiſce *Accentibus* adſcribi non poſſe quatenus *Grammatici* ſunt, nec quatenus *Syntactici* ſunt, ut & neque quatenus *Muſici* ſunt: unde fluit hoc referendum eſſe ad particularem *Lectionem* vel *Cantum*; ad *Lectionem* autem referri nequit, quia æquè benè & æquè facilè legi poteſt ſimplex ac duplex vocalis, & non magis una ad periodi membrum conſtituendum quàm alia apta nata eſt: ad *Cantum* itaque referri debet. Verùm æquè facilè etiam *Cantari* poteſt vocalis duplex ac ſimplex, uti conſtat: reſtat ergo ut ad particularem *Pauſam* recurramus in cantando; id enim ſolùm reliquum eſt: nam ad *Pauſam Syntacticam* recurrere nequimus, quandoquidem *Accentus* hi, ubicunque occurrunt, ſi Syntactici ſunt, pauſant, ac proinde non ſpeciatim eo in caſu.


§. 8. Totum negotium itaque hunc in modum deducimus. Omnes Cantus, variarum præcipuè vocum, ſuas habent peculiares *Pauſas*, quas vulgò voca-

vocabulo τεχνικῷ *Cadentias* vocant *Muſici:* in eas cùm incidunt Cantantes, omnes ſimul debent συμφωνεῖν ac proinde ſolito longius morari: neceſſe itaque eſt illos qui magno numero in Templo cantabant (vide 1 Par. 25.) ex. gr. Pſalmos Davidis hujuſmodi *Pauſas* habuiſſe. Præterea neceſſe eſt *Maſorethas*, cùm lingua *Hebræa* abierat in deſuetudinem, etiam tales *Pauſas* debuiſſe exprimere, ut filii Iſraëlis more Majorum Sacra canere poſſent; ad hoc autem duo requirebantur: nempe unum quo admonerentur *Cadentiam* in quâpiam ſyllabâ eſſe, & alterum quo admonerentur de *quantitate Cadentiæ*. Verumenimverò nihil eſt in Bibliis præter *Literas*, *Puncta* & *Accentus*; ac proinde hiſce illud expreſſiſſe debent: *Literis* autem id non fecerunt; quia illarum mutatio ubique ad eaſdem regulas facta eſt, & nuſquam aliter ſe habent voces ad præſentiam harum *Pauſarum*, quàm ſecus: in *Punctis* itaque & *Accentibus* illud quærendum venit; imò in utriſque: nam *Accentus* ſolus utrumque docere nequit, quia ſic ſemper *Cadentia* eſſet ubi aliquis horum. 5. reperiretur; quod non verum eſſe ſponte liquet, quia tunc ad ſingula *Commata*, *Semicola*, *Cola* & *Puncta*, *Cadentia* nova eſſet; quod maximè ingratum foret, imò abſurdum, cùm in Bibliis periodi in plurima ſegmenta hiſce 5 *Accentibus* ſecentur, uti clarum eſt omnibus qui *Hebræam* linguam vel à limine ſalutâruut. *Punctum* etiam ſive vocalis utrumque docere nequit, quia nullo modo quantitatem *Cadentiæ* indicare poteſt; eſt enim


ſibi

ſibi ſemper æqualis: *Punctum* itaque & *Accentus* adhibenda ſimul fuêre ut de utroque Cantatores erudirentur: & commodiſſimè id fieri potuit, nam ubi *Vocalis* alia eſt quam eſſe debebat, illa admonere optimè poteſt ibi eſſe *Cadentiam*; & *Accentus* vocali illi additus optimè quantitatem ejus deſignare. Simulac enim Cantator advertit vocalem adeſſe aliam, quam vox requirebat, nempe duplicem pro ſimplici, aut ſimplicem pro duplici, facilè advertere poteſt ibi quid ſingulare eſſe obſervandum; & ubi advertit id non fieri niſi ad præſentiam horum. 5. *Accentuum* itidem facilè colligere poteſt, ſe rationem debere & *Accentus* & *Vocalis* habere: utriuſque verò rationem habere nequit in *Cantu*, ſi canat illam ſyllabam ut aliâs canit; ac proinde ibi *Cadentiam* eſſe concludere ſe debere videt. At verò *Cadentiam* ibi eſſe ex *Accentu* concludere nequit; nam non ſemper *Cadentia* eſſe poteſt ubi aliquis horum *Accentuum* extat, ob rationes paulò ante adductas. Ex vocali itaque hoc diſcat neceſſe eſt; quam ubi ex vocalis mutatione *adeſſe* illic loci advertit, tum ex *Accentu* diſcit ejus *Cadentiæ Quantitatem*; nempe an per 1. 2. 4. 8. particulas Temporis continuari debeat; quam rationem illos *Accentus* ad ſe invicem habere docuimus §. 6. Hæc ut clariora evadant & faciliùs à lectoribus percipiantur cum noſtrâ Muſicâ comparabimus, idque in hunc modum. Conſtat apud nos *Tempus* integrum à Muſicis ita dividi in partes ut *Puncto*, *Colo*, *Semicolo*, &

& *Commati* accuratè reſpondeant, videlicet hoc modo



Figuræ Muſicæ				
Quantitas	1	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{8}$
Diſtinctiones Syntacticæ	.	:	;	,

Ex ſuperioribus liquet hos quinque *Accentus* ita à ſe invicem diſtingui ut *Rebhia* & *Sakephkaton*, *Comma* valeant ; *Segolta*, *Semicolon*, *Atnach*, *Colon*, atque *Silluk*, *Punctum*. Erit ergo ut (1) ($\frac{1}{2}$) ($\frac{1}{4}$) ($\frac{1}{8}$) ad (.)(:)(;)(,) ſic (.) (:) (;) (,) ad (ı) (ʌ) (∴) (·) & (:) quod Schemate ſubjecto hunc in modum illuſtramus ; ille enim, ut dictum, eſt horum Accentuum valor.

Figuræ Muſicæ				
Quantitas	1	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{4}$	$\frac{1}{8}$
Diſtinctiones Syntacticæ	.	:	;	,
Accentus Pauſantes	ı	ʌ	∴	· & :

Canerentur ergo (ב֗) (ב֑) (ב֒) (ב֔) ſeu (ב֕) ſi noſtræ Muſicæ adaptarentur hoc modo.

Notæ

Notæ Muſicæ	
Syllabæ ubi Cadentia	

Atque hinc patet quare illi. 5. *Accentus* tantùm vocalibus mutatis appoſiti fuerint, quoniam hi ſoli notabilem habent vim *Pauſandi*, quod omnes fatentur. Patet inſuper quod illi *Accentus* vocales non mutent ſed vocalibus mutatis apponantur; quod & ipſorum muneri congruum eſt: *Accentus* enim quatenus *Accentus* eſt, præſupponit vocales eſſe literis additas ut §. 1. docuimus. *Grammaticus* enim *Syllabam* præſupponit eſſe, quia docet quomodo pronuntianda, non verò quomodo facta ſit, multò minus quod ipſe ſyllabam faceret. *Syntacticus* autem præſupponit integras voces dari, quia docet quomodo ſententiæ diſcernendæ ſint ab invicem, & periodi, atque ubi reſpirandum ſit. *Muſicus* verò indicat quâ modulatione vocalis, cui appoſitus eſt, efferri debeat. Præterea patet quare *Pauſæ Majores* dicantur ſæpiſſimè id facere, rariſſimè autem *Pauſæ Minores*, quia videlicet *Cadentiæ* ut plurimùm majores ſunt quam $\frac{1}{4}$, vel $\frac{1}{8}$, hoc eſt. quàm (.) (·) & (:) ut ex omnis generis Muſicâ liquet, præſertim autem gravi, qualis Biblica eſt; quod docent Cantica, quæ in Italiâ compoſita ſunt. Patet adhuc quare non ſemper vocales ad eorum præſentiam mutatæ ſint; nempe quia non ubique eſt *Cadentia*, ubi illi occurrunt; ſic enim,

cum

cum parem eſſe rationem vidimus, ſemper deberent eſſe *Cadentiæ* ubi notæ Muſicæ occurrerent non minores $\frac{1}{8}$. quod abſurdum eſſe quivis videt, qui vel à limine Muſicam ſalutavit. Patet denique quare aliquando vocales duplices ad horum *Accentuum* præſentiam in ſimplices degenerârint, videlicet ut ibi indicaretur eſſe *Cadentiam*; quod vocali manente ut eſt fieri non poterat, ut oſtendimus. Atque ita omnes difficultates motas non tantùm commodè ſolvimus; ut ex enumeratione illarum cuilibet liquebit, atque ex rationibus à nobis allatis: ſed inſuper tale quid excogitandum fuiſſe à *Maſorethis*, ſi Cantores non dubios relinquerent; ac proinde nos illorum mentem aſſecutos eſſe. Unde meritò concludere nobis licet, quod dicebamus, *Grammaticos* hactenus toto Cælo â genuinâ harum differentiarum causâ aberraſſe, & ſeſe multis difficultatibus implicuiſſe, quando dixerunt *Accentus vocales mutare, vel producere*: & econtra verum eſſe quod nos diximus, videlicet *Accentus* tantùm elevare ſyllabas quas afficiunt & periodos diſtinguere, cantumque moderari; & ubi vocalis prodocet *Cadentiam* adeſſe, indicare quanto *Temporis* ſpatio ſit continuanda.

DEFI-

DEFINITIO XV.

Metheg eſt Frenum quod vocalem retinens eam decorè ſuſpendit.

Explicatio & Probatio.


§ 1. Hebraicè vocatur מֶתֶג quod *Frenum* & *Retinaculum* denotat, ut apparet ex Pſ. 32. 9. unde Proverbium pervulgatum: *Qui legit ſine Metheg eſt ſicut equitans ſine freno.* Solet vulgò vocari *Accentus Euphonicus*, ſeu *Rhetoricus*, ut ab aliis diſtinguatur, propter *Suavitatem*, quam voci conciliat; excogitatum enim eſt ne vocales eâdem elevatione afficerentur, & ne eodem modo decurrerent, quod nomen abundè arguit. Figura ejus id etiam docet; eſt enim linea perpendicularis inter vocalem præcedentem & ſequentem hoc modo interjacens הָֽיְתָה. Id clariùs eluceſcit ſi attendamus quod *Metheg* vocalibus non addatur niſi ſecundo loco ante *Accentum Grammaticum*, ut ex exemplis omnibus patet, & in הָֽיְתָה liquet. vide Gen. 1. 2. Cùm itaque conſtet, quando *Accentus* vocalem quam afficit elevat, ad *Tonum* pronuntiationem ferri; evidens eſt ſyllabas diſtantes duobus locis ab *Accentu* celeriùs efferri ſolitò: duobus locis inquam, nam quæ proximè ante *Accentum* eſt nullum damnum patitur; quia cùm ſyllaba ſequens novo ſpiritu egeat, quandoquidem fortiùs ſonare

 debet

debet ſonus ille vocalis præcedentis ut ſonus hic commodè mutetur, non acceleratur, ſed decorè abſolvitur. At verò ſi duobus locis diſtat non decorè abſolvitur, ſed pergit pronuntiatio citiùs ad ſyllabam ſequentem, quia ad Tonum properat. Ita ex. gr. quivis in ſe experitur, quod prius (α) magis acceleret quando vocem ἀσπασμὸς pronuntiat, quàm poſterius: & (ε) in τετυφὸς, quàm in σπερῶ. Quod ſi verum, evidens eſt vocalem duplicem eo loco poſitam, cùm celeriùs efferri debeat quàm ſolet, aliquid de morâ ſuâ amittere, hoc eſt Tempore privari: longitudo enim vocalis conſiſtit in longitudine Moræ; Mora autem Tempus eſt, ſi ergò morâ privatur Tempore privetur neceſſe eſt. Ne id autem ſemper fieret *Metheg* fuit interpoſitum inter vocalem & ſyllabas ſequentes, ſeu, quod idem eſt, *Retinaculum* & *Frenum* appoſitum eſt, ad vocalem, accelerandam aliâs, ſuſpendendam. *Metheg* itaque vocalem duplicem, quæ aliâs Tempore privaretur ob diſtantiam ab *Accentu*, atque ita in ſimplicem degeneraret, ſervat ut eſt; eam enim retinet ne rueret ad ſequentem ſyllabam, & in curſu ſuſpendit. Ita ex. gr. (ֵ) ſecundo loco ab *Accentu* in פְּקִדֵין manet, quia *Metheg* nanciſcitur; at in פְּקֻדֹּתָם perit, quia eo deſtituitur, ut ex Paradigmate liquet. Clariſſimè id colligi poteſt ex Pſ. 5. 5. ibi enim (ֵ) in voce אֵל ante mobilem manet, cum aliâs ſemper, ſi *Accentu* deſtituitur, in (ְ) mutatur, ut per totam S. Scripturam videre eſt, & ſequitur ex. §. 4. Defin. 8.

§. 2. At-

§. 2. Atque hinc apparet quod *Metheg alio modo vocalem afficiat quàm Litera Mobilis*; *Metheg* enim vocalem duplicem non imminuit ut *Mobilis* ſed ſervat ut eſt. In hoc itaque à ſe invicem differunt quod *Litera Mobilis* vocalem *repellat* à ſe in adverſam partem, atque ita *Geminam Longitudine* mutet in *Geminam Latitudine*: uno punčto exſtinčto, & in locum ejus ſuffečtâ literâ: *Metheg* autem vocalem *retineat* ne imminuatur celeri pronuntiatione. Eſt ergo *Metheg* non obex durus in quem vocalis impingit, ſic enim litera eſſet; nam conſonaret cum vocali, quod abſurdum: ſed eſt *Frenum*, quod impedit quò minùs per celerem pronuntiationem parte ſui truncetur. Unde perſpicuum eſt quod eo ſuo conatu vocalem videatur reddere longiorem, quod tamen non magis facit quàm *Accentus Grammatici* ſuâ elevatione. Eâdem itaque de causâ propter quam *Accentus* diximus vocalem Tempore beare, & *Metheg* eam beare dicendum eſt; at verò longè alio modo: nam cùm *Grammatici Accentus* elevent vocalem, *Metheg* illam cohibet ne citius elabatur. Aptiori itaque epitheto hocce *Tempus* inſigniri poſſe non videtur, quàm ſi illud vocemus *Tempus Refrenationis*, quia id accommodiſſimum eſt ad Naturam § *Metheg* exprimendum, & ad hocce *Tempus* ab omnibus aliis ſecernendum: Ut autem melius lečtores utrumque intelligerent, viſum fuit id ita per lineas illis ſpečtandum proponere.



Linea A. vocalem repræſentat cum duobus *Temporibus Eſſentialibus*, hoc eſt *Longitudinis*; linea B. *Metheg*, cujus & ſitum & figuram adumbrat: hæ duæ ſi ſibi mutuo jungantur habebunt ſe ut figura C. D. E; non autem ut F. G. H. I. K. L. quia *Metheg* non adjicit *Longitudinis Tempus*, ſeu *Eſſentiale*: eſt enim *Retinaculum*; *Retinaculum* autem per lineam rectam eodem modo ac A. extenſam, eidemque junctam repræſentari nequit; quoniam continuaret illam lineam A. hoc eſt longiorem redderet: verùm per D. E. commodiſſimè; quia illa impedit, quò minùs linea C. pergendo à C. verſus X. decurtari poſſit. Jam ponamus loco lineæ A. vocalem (·) ut in פְּקֻדָּה, neceſſariò quia duobus locis ab *Accentu* diſtat (·) ſub (פ) minuendum eſt *Morâ*; privandum eſt *Tempore*, hoc

eſt

eſt linea A. dimidiâ parte ſui: At verò ſi lineæ C. æquali A. adjungam lineam D. E. quæ *Metheg* accuratè repræſentat & quod ad figuram & quod ad officium, clarum eſt quod illa impediet, ne linea C. dùm movetur verſus X, ſeu quod idem eſt, vocalis (ֽ) dum ſolitò celerius pronuntiatur propter diſtantiam ab *Accentu* aliquo modo elabi poſſit, retinebit enim ipſam C. linea D..E. tanquam Frenum: hoc eſ *Metheg* retinebit (ֽ) in פָּֽקְדָה ne antequam duorum Temporum Moram abſolverit elabatur. Ut ergo diſtantia ab *Accentu* cauſat accelerationem in pronuntiatione vocalis illius atque ita correptionem, ſic *Metheg* efficit ne acceleretur, eamque quodammodo à ſequentibus literis ſejungit. Unde perſpicuum eſt *Metheg* non continere in ſe *Tempus*, ſed tantùm impedire ne vocalis Tempore privetur: compenſat nihilominus *Tempus*, quia vocalis, quæ aliâs *Tempore* privaretur, propter *Metheg* adjectum illud retinet & manet ut erat. Atque hinc eſt quod *Metheg* vicem & *Dages fortis* ſuſtinere valeat. ut ex. gr. in מְֽמְתִים Pſ. 17. 14. deberet enim eſſe מִמְּתִים; quoniam componitur ex מִן & מְתִים, quomodo plenè ſcriberetur, ut ex ſenſu liquet. Eodem modo וַֽיְמֻשֵׁהוּ occurrit Gen. 27. 22. loco וַיְמֻשֵּׁהוּ: eſt enim (ו) converſivum *Futari* in *Præteritum*, quod, uti notum eſt, *Pathach* poſtulat & *Dages forte* in literâ ſequenti: atque הָֽמְכַסֶּה Exod. 29. 30. pro הַמְּכַסֶּה, nam (ה) demonſtrativum etiam poſt ſe *Dages forte* requirit ad compenſandum quod ſibi deeſt; integrè enim eſt הוּא.

DEFINITIO XVI.

Makkaph eſt Vinculum quo vox Accentu carens alteri annectitur ut cum eâ ſimul efferatur.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Quandoquidem* oſtendimus *Accentus Grammaticos* docere ſyllabam, cui appoſiti ſunt *Elevandam* eſſe ad Def. 14. patet quodque vocabulum *Accentum* talem requirere; niſi enim habeat quomodo appareret diſtinctum eſſe vocabulum? at verò quia *Hebræa* lingua multa habet monoſyllaba & byſyllaba, ſi ſingula *Accentu* notata eſſent, ſyllabæ quaſi numerarentur, quando aliquot horum ſibi mutuò ſubſequerentur. κακοφωνίας vitandæ ergô quædam, tali in caſu *Accentu* ſuo privanda fuêre, ut legerentur cum vocabulo ſequenti; quod & *Græci* eâdem de causâ fecerunt. Quando igitur id fieri debet, *Maſorethærum* fuit aliquo indicio S. Scripturæ lectoribus id indicare; putarent enim aliâs *Accentum* per incuriam omiſſum eſſe: eodem modo ac colligerent, ſi *Scheva* conſonæ non eſſet ſubſcriptum in mediâ voce, ibi vocalem eſſe prætermiſſam. Illi proinde lineolam excogitârunt, quâm eo modo in contextu collocârunt ut ex figurâ & ſitu lectores utcunque rudes id ſtatim deprehendere poſſent: nam

anne-

annectitur capiti lineæ ultimæ vocis præcedentis & primæ ſequentis, hoc modo: עַל־־פַּלְגֵי־־מָיִם Pſ. 1. 3. nomen inditum huic lineæ illud ſatis ſuperque docet; vocatur enim à *Maſorethis* מַקַּף, quod patet ex hac notâ ad vocem וַיְחִי־־ Gen. 5. 19. ו׳ מקפי׳ בענין, hoc eſt, *ſex occurrunt in hocce capite cum Makkaph.* מַקַּף autem Latinè notat *Complexionem*, derivatur enim à themate נקף quod eſt *Complecti.* Job. 19. 6. hinc in *Thargum* eſt קרתה מקפה שור Lev. 25. 29. Indicat itaque, quemadmodum diximus, vocem priorem ſequenti annectendam eſſe & pronuntiationem variarum vocum conjungendam ſub uno *Accentu*, ut ſermo non incidatur, in particulas, ſed decorè & eleganter continuetur. Hęc non exiguam lucem accipiunt ex eo, quod *Dages forte* ſæpiuſcule priori vocis ſequentis literæ imprimitur, cùm vocalis duplex in ſimplicem mutatur. Ita ex. gr. particula מָה cum זֶּה compoſita occurrit hoc modo, מַזֶּה Ex. 4. 2. Cùm aliâs per *Makkaph* ſic conjungi ſoleant מַה־־זֶּה. Duas ergo voces מָה & זֶּה *Makkaph* conjungit: quod & *Maſora* confirmat; notat enim ibi מה זה ק׳ hoc eſt, *legendum eſt* מה זה ſcilicet diſtinctè. Sic Jeſ. 3. 15. extat מַלָּכֶם cum aliâs ſemper ſit מַה־־לָּכֶם quemadmodum ibidem *Maſoretha* notant legendum eſſe.

§. 2. Ex quibus evidens eſt *Makkaph* reſpectu *Accentuum* idem eſſe quod *Scheva* reſpectu vocalium. Nam quemadmodum *Scheva* eſt vinculum conſonantium diverſarum, ut quæ vocali propriâ

caret unà cum vocali alterius commodè pronuntiari poſſet; ſic *Makkaph* eſt vinculum diverſarum vocum, eum in finem, ut vox aut voces *Accentu* deſtitutæ commodè cum voce *Accentu* notata efferri poſſet. *Makkaph* ergo non magis *Accentus* eſt, quam *Scheva* vocalis, ſed indicium eſt *Accentus* abſentis aut *Scheva* vocalis deficientis.

DEFINITIO XVII.

Regimen eſt Conſtructio quâ præcedens vox ita ſequenti incumbit ut penè in unam mutentur.

Explicatio & Probatio.

§. 1. Solent *Maſorethæ* voces quæ rarò eo ordine aut modo junguntur, ut in loco quem præ manibus habent, vocare סמיכין, quod notat *Conjuncta* ſive *Suſtentata*, nam סמך propriè denotat manum alicui imponere ad ſe ſuſtentandum. vid. Pſ. 37. 17. Jeſ. 36. 6. Ita Gen. 8. 1. ad voces ויזכור אלהים notant; ד׳ דסמ׳ בתו׳. hoc eſt, *quater ita Conjunctæ reperiuntur in lege*. Hinc analogicè deductum eſt סמיך vel סמוך quorum illud *Chaldaicum* hoc *Hebraicum* eſt, ſignificatque *Fultum* & *Fulturam*. Vulgò ſolent id vocare *Regimen* aut *Conſtructionem*, docentque id eſſe *Structuram, quâ unum regit alterum caſu genitivo*: at verò perquàm infeliciter; quia longè aliter ſe res in linguâ *Hebræâ* habet quàm in

Latinâ

Latinâ à quâ tamen definitionem ad *Hebræam* tranſtulerunt. Hîc enim vox *regens* mutatur non verò quæ *regitur*, & locum habet סמיך non tantùm, ut apud *Latinos* in nominibus, ſed & in *verbis*, atque aliis *particulis*: taceo *Hebræos* propriè caſibus carere. Nos itaque definivimus סמיך *Conſtructionem quâ præcedens vox ita ſequenti incumbit ut penè in unam mutentur*: idque quia hoc univerſaliter verum eſt, & cum nomine conſentit, quod nullo modo *Regimen* denotare aptum natum eſt. Hoc ut clarius concipiatur, advertendum eſt, ſi vox præcedens ſequenti incumbet & ab eâ ſuſtentabitur quod nomen arguit hîc habere locum, mutuum debere eſſe inter illas commercium; id autem melius repræſentari nequit, quàm ſi vox præcedens, ubi id ejus Natura patitur, ſe conjiciat pronam in vocem ſequentem. (Dico ubi id vocis Natura patitur, aliquando enim id commodè fieri nequit ob vocalium cum literis conjunctionem huic mutationi adverſam. Ita ex. gr. לֶחֶם ſemper retinet ſuas vocales quia breviori morâ quam duabus ſimplicibus vocalibus hæ literæ לחם efferri nequeunt, quod tyronibus hujus linguæ notum. Exemplum vide Ex. 25. 30. Et (ֵ) ſub penultimâ literâ ante (ה) mutatur in (ַ) vid. Gen. 26. 14. ut appareret ibi eſſe *Conjunctionem*, ſeu ut loqui amant *Grammatici*, *Regimen*; Id clariſſimè perſpicere datur in conjunctione vocum בַּיִת & לֶחֶם: vox enim בַּיִת byſyllaba in monoſyllabam mutatur, & *Accentu* privatur, ut breviori Morâ, ad ſequentem perveniret: quæ enim ſe-

paratæ ſunt בַּיִת & לֶחֶם, conjunctæ ſunt בֵּית־לֶחֶם connexâ ſeu annexâ voce precedente voci ſequenti per *Makkaph*, de cujus naturâ ad definitionem præcedentem egimus: Hoc modo occurrit inter alia loca Mich. 5. 1. Ex quâ conjunctione apparet, ordine inverſo, eas voces eſſe inter legendum connectendas, ejus enim ſignum eſt *Makkaph*. Unde & *Latini*, qui ex. gr. *Domus Conſulis* in ſtatu *Conſtructo* ſcribere ſolent ſine diſtinctione in medio, extra conſtructionem ſemper *Comma* interponunt, ut *Domus*, *Conſul*, *Rhenus*. *Makkaph* itaque docet voces eſſe in pronuntiatione conjungendas, ut evitaretur ingrata lectio; *Regimen* autem, ut conjungerentur ſignificationes vocum. Ut *Makkaph* itaque lectionem ſpectat vocum quas conjungit, ſic *Regimen* ſignificationem earundem; quod utrumque in voce בֵּית־לֶחֶם concurrere evidens eſt. Et certè hæc res non eſt levioris momenti; nam ſæpè ſenſus multum diſcreparent ſi *abſolutè* acciperentur quæ in *Regimine* ſunt capienda & vice versâ; ideoque & neceſſe fuit certis ſignis lectores admonere, ubi id vocis conſtitutio permittit: id autem meliori indicio facere nequivere *Maſorethæ*, quam ſi vocem præcedentem ita mutarent ut appareat illam ſe pronam in vocem ſequentem conjicere; quandoquidem ſic figura eſſet rei ipſius umbra: vox enim ſequens priorem determinat, unde & celerius efferenda venit vox prior, quia cum ſecundâ habet commercium, & idcirco ſuo *Accentu* exuitur ut apparet in בֵּת־לֶחֶם.

§. 2. Quæ

§. 2. Quæ diximus evidentiùs eluceſcunt ſi advertamus literam ultimam vocis præcedentis ſæpius abjici, ut arctius inter ſe conjungerentur, & lectores perſpicuè admonerentur illarum vocum eſſe conjungendas ſignificationes, prioremque à poſteriori ſuſtentari. Ita ex. gr. ibid. Mich. 5. 1. eſt בְּאַלְפֵי יְהוּדָה pro בְּאַלְפִים יְהוּדָה; poſito puncto juxta (·) ſub literâ (פ) loco (ם) extruſi, atque ita (·) in (··) degenerante: ut & מִימֵי עוֹלָם pro מִיָּמִים עוֹלָם. Eâdem de causâ (ה) finale in (ת) convertitur ut vocalis (ָ) præcedens commodè in (-) poſſit corripi accelerandæ pronuntiationis ergô. Sic Pſ. 40. 8. loco בִּמְגִלָּה סֵפֶר eſt בִּמְגִלַּת סֵפֶר; unde illud *Paulus* non vertit Heb. 10. 5. ἐν κεφαλίδι βιβλίου ſed *ἐν κεφαλίδι βιβλίου, in volumine libri.* At verò dicet quis ex eo ſequi quod *Camets* non ſit conflatum ex (*oa*) quod nos diximus §. 11. Def. 2. & 3. ſed ex (*ao*) quia *Camets* hic corripitur in (-) non verò in (*ô*): ſed id facilè refellimus, quia in *Regimine* figura *Camets* non manet, ſed in aliam mutatur, ante literam mobilem verò, ut ad Def. 8. viſum, manet. Et præterea longè facilius vox præcedens ſequenti annectitur, ſi ore hiante quàm ſi ore ferè clauſo ultima ſyllaba efferatur. Unde notandum valde, quod nunquam non propter *Regimen* (ָ) ultimæ ſyllabæ in (-) mutatur, exceptis duobus exemplis nempe חָלָב & הָבָל in quibus in (··) mutatur, quæ vocalis poſt (-) maximè aperit.

§. 3. Habent itaque ſe vocales vocis præcedentis ad vocem ſequentem ac ſi ſyllabas præcedentes

dentes occuparent in voce polyſyllabâ, quoniam in ſequentem vocem vergunt, & juxta moderamen *Accentus* vocis illius efferuntur : ac proinde eaſdem mutationes ſubire debent quas aliæ quando longiùs ab *Accentu* removentur, de quibus egimus ad Defin. 15. §. 1. 2.

LIBRI PRIORIS

FINIS.

COM-

COMMENTARII
DE
PUNCTATIONIS
HEBRAICÆ NATURA
LIBER POSTERIOR.

Complectens Propoſitiones & quæ ad illas ſpectant.

§. 1. POſtquam *Definitiones*, & quæ ad eas ſpectant, abſolvimus, ſecundum methodum *Mathematicorum*, proximum eſt more ipſorum ad *Poſtulatum* progrediamur atque ad *Axiomata*, ut iis expoſitis *Propoſitiones* poſſimus commodè adſtruere. Quandoquidem igitur *Propoſitiones* concernunt *Punctorum inter ſe Permutationem*, ante omnia neceſſe eſt indagemus fundamentum quo nititur dicta *Permutatio*. Quoniam autem id nullibi extat aut perſcriptum eſt à *Maſorethis* facilè patet, id à priori à nobis demonſtrari non poſſe. Quod autem fundamentum quoddam ſit hujus rei non tantum credibile eſſe, ſed & certum, quiſque concludet, qui hucuſque ea perpenderit, quæ à nobis juxta eorum ſententiam, ex *Maſorethis* allata ſunt: omnia enim ita concinnè conſpirant, atque emphaticis adeò voca-

bulis

bulis à *Maſorethis* expreſſa ſunt & delineata, ut ſummâ in illis eluceat & Sapientia & Induſtria. Nos itaque poſtquam aliquoties *Mutationem Punctorum* examinavimus, non ſine ἀκριβείᾳ, in eam ſententiam devenimus, *Maſorethas Puncta* in Codice Sacro permutaſſe ac ſi regulam hanc ante oculos haberent: Unicuique ſyllabæ ad minimum duo eſſe Tempora tribuenda. Id itaque pro fundamento habemus omnis *Mutationis Punctorum*: nam, ſi hoc ſupponebamus, advertimus nos poſſe facilè explicare quicquid ad *Mutationem Punctorum*, rem adeò intricatam & operoſam, ſpectat.

§. 2. *Supponemus* itaque. *Supponemus*, inquam, quia id nequaquam volumus lectores pro veritate aſſumere, niſi ubi à poſteriori ad id ſtatuendum compelluntur:

Unamquamque Syllabam in linguâ Hebræâ flagitare duo Tempora ad minimum.

Dicimus *Duo Tempora ad minimum*, quia multæ ſyllabæ habent plura *Tempora*, ut notum eſt. Nullæ autem pauciora; licèt enim vocali ſimplice ſæpiùs abſolvantur, illa aliud *Tempus* ſemper includit; quod tamen ubi id contingit demonſtrandum eſt. Hæc ergo erit *Hypotheſis*, quam in anteceſſum nobis concedi poſtulamus; quod certè non eſt ullo modo incongruum, multò minùs abſurdum: ita enim *Aſtronomi* habent *Hypotheſes*, quibus ſua dogmata

mata ſuperſtruunt. Ex. gr. *Ptolemæus* in ſuâ *Aſtronomiâ* præſupponit *Terram Quieſcere* in medio Univerſi; *Copernicus* econtra *illam moveri in orbem* inſtar Planetæ. Eſt enim ac ſi *Ptolomæus* dixiſſet, ſi quis mihi concedat Terram quieſcere in medio Univerſi, docebo quomodo ſe habeat motus ſtellarum fixarum & errantium, eorumque motuum calculos accuratos exhibebo: *Copernicus* autem vice verſâ. Hæc inquam *Ptolomæi*, & hæc *Copernici Hypotheſis* eſt quatenus *Aſtronomiam* docent; quod autem deinde probare conatus ſit uterque rem ita ſe habere, id non ad *Aſtronomiam* ſed ad *Phyſicam* ſpectat; ut omnibus conſtat, qui inter *Aſtronomiam* & *Phyſicam* diſtinguere norunt. Pari modo & *Philoſophi* ſuas habent *Hypotheſes*, ita ex. gr. *Carteſius* in Phyſicâ ſuâ ſupponit quædam de materiæ corporum qualitatibus & modis. *Lib.* 3. *princip.* §. 46. & optimè dicit ibidem; *nobis liberum eſt quidlibet aſſumere, modò omnia quæ ex ipſo conſequentur cum experientiâ conſentiant:* tritum enim eſt Proverbium apud *Philoſophos*; *Hypotheſis nihil ponit in eſſe*;

§. 3. *Hypotheſis* itaque rejici nequit niſi quando à poſteriori confutatur: ea enim inter *Demonſtrationem* & *Hypotheſin* differentia eſt, quod *Demonſtratio* antequam aſſumatur requirat ſolida & clara argumenta; *Hypotheſis* autem nullo modo. Ideò enim *Hypotheſin* ſupponimus eſſe veram quia tum illam probare non eſt animus. Poteſt tamen *Hypotheſis* ad plus quam moralem certitudinem aſſur-

gere,

gere, quando perpetuâ ſerie & non hiulcâ deductione res ad demonſtrandum ſuſceptæ, ex *Hypotheſi* demonſtratæ ſunt.

§. 4. Hac conditione itaque *Hypotheſin* noſtram ponimus, & ſperamus, non ſine causâ, illam nobis ab æquis lectoribus conceſſum iri, quia à celeberrimus *Grammaticis* hæc noſtra *Hypotheſis* tanquam *Axioma* inculcatur: quod ut pateret viſum fuit nobis aliquot in hanc rem teſtimonia adducere; ita ergo ſibi invicem juxta ſeriem temporum ſuccedunt.

Marcus Marinus, in ſuo גן עדן Pſ. 16. 17. *Syllaba, quæ habet motionem magnam* (intellige vocalem Duplicem) *conſtat ſolâ conſonanti & puncto vocali .... quinque vocales magnæ ſunt, quarum hæc eſt vis ut ſyllabam terminent..... quæ verò parvam motionem habet connectitur cum ſequenti conſonanti. Sic in* אָמַר *prima ſyllaba habet* (ָ) *quia conſtat conſonâ & vocali tantùm; ſecunda verò habet* (-) *quia ex duabus conſonantibus & puncto vocali fit.*

Buxtorfius, in ſuâ epitome p. 10. l. 9. *in longis vocalibus ſonus integer ſyllabæ abſolvitur.*

Schindlerus, in Compendio p. 24. *vocales longæ abſolvunt ſyllabam..... vocales breves non abſolvunt ſyllabam, ſed aſſumunt literam ſequentem.*

Sixtinus Amama, in libello de rectâ pronuntiatione linguæ Hebrææ. p. 26. & 28. *vocales longæ cum ſuâ conſonâ perfectam ſyllabam conſtituunt..... vocales breves non abſolvunt ſyllabam per ſe, ſed trahunt ordinariè ad ſe literam ſequentem per Dages vel*

Scheva;

Scheva; *niſi Accentum habeant*: *tum enim & illæ ſyllabam abſolvunt.*

Erpenius, Gramm. Hebrææ. p. 25. 27. *Solent longæ vocales ſyllabam abſolvere*; *unde non ſequitur illas litera mobilis vocali deſtituta*, *niſi fortè Accentu Tonico afficiantur*; *tunc enim & Dages forte poſt ſe admittunt*, *& ſi Sjeva poſt ſe habeant id quieſcit* .... *breves ſequentem attrahunt conſonantem*, *unde quæ ſequitur eas litera eſt mobilis* ..... *alibi ſi ſyllabam abſolventes Dages forte aut Sjeva poſt ſe non habent pro longis habendæ ſunt.*

Cappellus, Arcani punct. p. 105. *Hoc perpetuò videas*, *poſt vocales*, *quæ breves dicuntur ſequi ſemper immediatè geminam conſonam* : *nam poſt vocalem*, *quæ brevis dicitur*, *ſequitur vel Scheva mutum vel Dages forte*, *niſi fortè vocalis illa afficiatur Accentu. Contra poſt vocales quæ longæ dicuntur initio & medio dictionis rariùs venit vel Dages forte*, *vel Scheva mutum*, *niſi fortè cùm aliquando Accentu afficiuntur.*

Et p. 112. *Hæc itaque vocalium in longas & breves diſtinctio huc maximè ſpectat & facit*, *eſtque in hunc præcipuè finem excogitata & uſurpata*, *ut longæ vocales ſimplicibus ſyllabis*, *breves verò compoſitis conſtituendis adhiberentur*; *ut ſic vel ex ipſo vocalium intuitu doceretur lector de aptâ inter ſe conſonarum & vocalium in ſyllabâ combinatione* : *quo ſubſidio carent reliquæ linguæ*, *Græca*, *Latina*, *vernicula hodiernæ Europææ omnes.*

Ravius, in Delineat. Gramm p. 7. *Natura vocalis longa eſt*, *quod poßit ſtare cum ſuâ conſonâ ad finem*

ſyllabæ, ſc. ſyllabam per ſe abſolvere & quidem longam, ſine ſequentis ope. Natura vocalis brevis eſt quod non poſſit ſtare cum ſuâ conſonâ ad finem ſyllabæ, nec ſyllabam per ſe abſolvere ſine conſonæ ſequentis ope, ſed eam ſemper attrahat & requirat ad ſuam conſonam, ut ita habeat fulcrum, cùm ſit ſoni brevis.

Altingius, Gramm. p. 13. *Vocalis cum ſuâ conſonâ non ſemper ſufficit ad ſyllabam abſolvendam; ſed ut ea plena ſit ac perfecta, præter conſonam eam inchoantem, neceſſaria eſt integra mora, ſive duo Tempora: quorum prius ſemper contineatur in vocali, poſterius vel in eâdem vocali, vel in aliâ aliquâ additione vocalem expreſſè vel implicitè ſequente, quæ Tempus alterum ſive mediam moram compenſet, ejuſve in locum ſuccedat.*

Dieſtius, Gramm. p. 22. *Propria ſyllaba ſimplex fit. 1. ex literâ & vocali longâ (quandoque vocalis brevis eſt loco longæ) 2. ex eâdem recipiente ad ſe literam quieſcentem. Impropria ſimplex eſt ex vocali brevi ferè tunc quando eſt cum Accentu tonico vel etiam Euphonico. Compoſita ſyllaba fit, per Scheva, quippe quod ſyllabam non facit ſed connectit.*

§. 5. Hac itaque *Hypotheſi* mediante conabimur omnia facere pervia & plana, quæ *Mutationem Punctorum* difficilem fecêre hactenus; idque in hunc modum, ut cum ratione Lectores Regulas *Mutationis Punctorum*, quæ vulgò traduntur, examinare poſſint facillimo nec non jucundo negotio; atque intelligere omnibus aquam in pleriſque hæſiſſe, quia Naturam *Vocalium* & *Literarum* atque

Accen-

Accentuum non perſpexerunt. Quod ut meliùs ſuccederet, placuit, quemadmodum incepimus methodo Euclideâ, reliquum pertexere, ille enim *Definitiones* præmiſit, quod & nos fecimus; iiſque ſubjunxit *Poſtulata*, quorum vicem ſuſtinet noſtra *Hypotheſis*; (quam hac de causâ, ut nihil deſit in methodo noſtrâ quod non ad *Mathematicorum* ſtilum ſit adaptatum, in *Poſtulatum* convertimus; eodem enim redit ſive dicam me *id ſupponere*, vel me *poſtulare id mihi concedi*. Si enim ſupponam id verum eſſe & pro *Hypotheſi* aſſumam, clarum eſt quod *Poſtulem* mihi à lectoribus id concedi; nam ſi id noluerint admittere utique nihil demonſtrare poſſum: *Poſtulo* itaque ut mihi concedatur, *Unamquamque ſyllabam in linguâ Hebræâ flagitare ad minimum duo Tempora*) poſtulatis autem *Axiomata* annexuit; ex quibus hæc duo in noſtrum uſum tranſſcripſimus;

1. *Quæ eidem æqualia & inter ſe ſunt æqualia.*
2. *Totum ſuâ parte majus eſt.*

& tandem ex illis omnibus *Propoſitiones* ſuas demonſtravit, ad quod faciendum eâdem methodo nos nunc accingimus.

PROPOSITIO I.

Tempus Tempori æquivalet ad ſyllabam conſtituendam.

Demonstratio.

TEmpori *Eſſentiali* ad ſyllabam conſtituendam æquivalet *Tempus Literale*, per §.19. Def. 3. & huic *Tempus Latitudinis* per Def. 8. §. 2.3. & §. 2. Defin. 9. nec non *Tempus Altitudinis* §. 2. Def. 14. atque *Tempus Refrenationis* per §. 2. Def. 15. ergo per Axioma 1. ſibi invicem ſunt æqualia, quod erat demonſtrandum.

PROPOSITIO II.

Vocalis Simplex non abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

VOcalis Simplex gaudet ſolummodo uno *Tempore Eſſentiali*, per §.17.18. Def.2. atque ſyllaba flagitat duo Tempora ad minimum per *Poſtulatum*: Ergo non abſolvit ſyllabam. q. e. demonſt.

SCHOLIUM.

§. 1. Ad Definitionem 5. §. 1.... 6. oſtendimus in linguâ *Hebrææ* vocalem in omni ſyllabâ ante ſe requirere literam ſecum efferendam, eam tamen hîc non conſideramus magis ac ſi non adeſſet, quia non addit vocali *Tempus*, quemadmodum facit ubi vocalem

vocalem in eâdem ſyllabâ ſequitur, ut oſtendimus §. 19. Def. 2. §. 2. 3. Def. 8. & §. 2. Defin. 9. quod ita evincimus. Conſtat ex §. 2. Def. 1. & ex §. 1. 2. Def. 4. vocales ſolummodò ſonare, conſonas autem tantùm conſonare, & tùm tantùm conſonare quando à vocali moventur; ex quo ſequitur illas non poſſe ſonare antequam vocalis ſonat, ac proinde non poſſe valere *Tempus* ante vocalem: nam non ſonant ante vocalem, quia vocali ſonanti demum illæ conſonant; & non ſonant poſt vocalem quia locum ante vocalem occupant. Maximè autem id ex eo clarum eſt, quod, ſi poſt vocalem ſonarent, deberent, quando mobiles eſſent, vocalem duplicem uno Tempore privare propter argumenta §. 2. 3. Def. 8. & §. 2. Defin. 9. allata: at verò hoc nunquam fit, ut experientia univerſalis demonſtrat: non major ratio ergo eſt literæ ante vocalem in eâdem ſyllabâ reſpectu *Longitudinis*, *Latitudinis*, *Altitudinis* atque *Refrenationis* habenda, ac ſi ibi non adeſſet: quod & nos fecimus, quando diximus *Syllabam flagitare duo Tempora*, & deinceps ſemper faciemus. Id monere operæ pretium viſum fuit, ut lectores, omni ambiguitate & confuſione eliminatâ, faciliùs atque feliciùs quæcunque hîc docemus intelligere poſſent.

PROPOSITIO III.

Vocalis Simplex non acquirens aliunde Tempus novum perit.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex non abſolvit ſyllabam per Prop. 2. licèt habeat literam præcedentem per Scholium Prop. 2. ſyllaba autem eſt literæ cum vocali conjunctio indiviſo ſono pronuntianda per §. 1. Defin. 5. ergo Vocalis Simplex non poteſt ſola cum literâ præcedenti indiviſo ſono proferri, per §. eandem; hoc eſt non poteſt cum ſuâ conſonâ ſonare. At verò de eſſentiâ vocalis eſt ſonare, & per ſe ſonare per §. 2. Def. 1. ac literam movere, ſi mobilis ſit, per §. 2. Def. 4. aut ſaltem aſſumere ſecum ſi non ſit mobilis per §. 14. 15. 16. Def. 3. & §. 1.... 5. Def. 7. ergo Vocalis Simplex hoc in caſu id amittit quo vocalis eſt, ac proinde perit, q. e. demonſt.

PROPOSITIO IV.

Scheva Simplex non abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Scheva Simplex eſt nihil aliud quam vinculum quod literas conſonantes diverſas in unam ſyllabam conjungit per §. 1. 2. Defin. 11. ac proinde non eſt vocalis per §. 3. 4. 5. Defin. 11. cùm itaque vocalis ideò vocalis eſt quia ſonat per §. 2. Def. 1. Scheva non ſonat: ac proinde non poteſt conſonam movere aut aſſumere, per

§. 1. 2.

§.1.2. Def. 4. & §. 14. 15. 16. Def. 3. hoc eſt non conſtituere ſyllabam, per §. 1. Def. 5. Scheva itaque Simplex non abſolvit ſyllabam, q. e. demonſt.

PROPOSITIO V.

Scheva Compoſitum non abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Scheva Simplex non abſolvit ſyllabam, per Prop. 4. at verò Scheva Compoſitum eatenus tantùm à Simplici differt quatenus docet quâ oris conſtitutione litera cui ſubjicitur ſit efferenda per §. 1. 2. Def. 12. Hoc autem præſupponit literam cui ſubjacet vocali præcedenti vel ſequenti debere quod conſonet per eaſdem §. Scheva Compoſitum itaque non eſt vocalis per §. 2. Def. 1. ac proinde per Def. 5. §. 1. non abſolvit ſyllabam, q. e. demonſt.

PROPOSITIO VI.

Pathach Furtivum non abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Pathach Furtivum eſt pars Schevatis Compoſiti, & nihil aliud docet, quàm quod ore hiante litera ſit efferenda cui ſubjacet per §. 1. 2. 3. Defin. 13. at verò cùm idem ſit minus τῷ Cateph Pathach, totum autem ſuâ parte majus eſt, per Axioma. 2. ſequitur quod hoc de Pathach Furtivo multò magis verum ſit: Pathach

Furtivum ergo non abſolvit ſyllabam, q. e. demonſt.

PROPOSITIO VII.

Vocalis Simplex literam quieſcentem poſt ſe acquirens abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex gaudet *Tempore Eſſentiali* per §. 17. 18. Def. 2. litera autem quieſcens eam auget *Tempore Literali*, per §. 19. Defin. 2. & §. 1. ... 4. Def. 7. habet ergo tum *Duo Tempora*: ergo per Prop. 1. & per *Poſtulatum* ſequitur quod ſyllabam abſolvat, q. e. demonſt.

PROPOSITIO VIII.

Vocalis Simplex acquirens poſt ſe literam mobilem abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex gaudet *Tempore Eſſentiali*, per §. 17. 18. Def. 2. litera autem Mobilis eam auget *Tempore Latitudinis*, per §. 2. Def. 9 habet ergo tum *Duo Tempora*: ergo per Prop. 1. & per *Poſtulatum* ſequitur quod ſyllabam abſolvat, q.e. demonſt.

PROPOSITIO IX.

Vocalis Simplex ante Dages Forte abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex gaudet *Tempore Eſſentiali*, per §. 17. 18. Defin. 2. *Dages forte* autem

tem eam *Tempore* auget *Latitudinis*, plane ut litera mobilis, valet enim literam mobilem, per §. 1. 2. 3. Def. 9. ergo per Prop. 8. abſolvit ſyllabam, q. e. demonſt.

PROPOSITIO X.

Vocalis Simplex euphoniæ cauſâ Tempus, quod exprimi debebat ſecundum linguæ analogiam, includens, abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex gaudet *Tempore Eſſentiali* per §. 17. 18. Def. 2. ſi autem includat aliud *Tempus*, quod exprimi debebat, habet *Duo Tempora*: ergo per Prop. 1. & per *Poſtulatum* Syllabam abſolvit, q. e. demonſt.

SCHOLIUM.

§. 1. Hanc Propoſitionem hîc inſeruimus ne lectores putarent nos exiſtimare ſemper *Duo* illa *Tempora* debere exprimi; id enim cum experientiâ pugnat: nam ſæpiſſimè Vocalis Simplex loco & munere Vocalis Duplicis gaudet: imò & Vocalis Simplex ſequente literâ mobili. Ita ex. gr. ſæpius occurrit יָקֻמוּ loco יָקוּמוּ & וַיִּצֶר loco וַיִּיצֶר: oſtendendum itaque ſemper eſt, eas tum temporis Vocälis Duplicis gerere vicem, vel literam includere; quod ex analogiâ vocis & flexionis facilè eſt. Duo tamen ſunt, quæ negotium nobis faceſſere viden-

tur nempe אחד & אחת, quoniam ſemper Accentum habent in ultimâ ſyllabâ, ac proinde prior ſyllaba ſemper uno *Tempore Eſſentiali* conſtat; & non eſt credibile id factum eſſe per incuriam deſcribentium aut typothetarum, quoniam *Bombergius*, *Buxtorfius*, *Plantinus*, *Stephanus*, *Pagninus*, *Menaſſe ben Iſraël* & *Athias* conſtanter ita habent in ſuis codicibus, & ubique ſine ullâ variatione. Crediderim itaquë אחד & אחת derivari à themate חַד & א *Heemanticum* loco Schevatis Compoſiti (ְ:) habere Simplex (ְ): ad id me movit quod Ezech. 33.30. חַד legatur pro אֶחָד: maximè autem quod *Chaldæi Syri* & *Arabes* dicunt חד. Id, inquam, crediderim, quia nulla ratio, quantum proſpiciunt oculi, dari poteſt quare Vocalis Simplex hîc ſit loco Duplicis, aut potius quare contra omnem praxim (ָ) hîc in penultimâ non ſublevetur Accentu: hæc ratio non incongrua mihi videtur eſſe; ac proinde eâ utar donec meliorem vel inveniam vel audiam. Interim tamen hæc nullius ſunt momenti; quid enim duo, imò quid unum exemplum, nam ab eâdem radice ſunt, ad omnia, ſi deflecterent ab analogiâ & uno *Tempore* ſyllabam abſolverent; quod tamen non putem, nullum enim vocabulum, imò nulla ſyllaba mihi unquam inter legendū vel examinandum occurrit hactenus, quantum memini, quam *Duo Tempora* habere non oſtenderim. Quod ſi mecum experiantur lectores, procul dubio ſtatuent id vel eo modo quo nos ſalvamus, vel alio ſalvandum eſſe; cum vix inducere, ac ne vix animum poterint

rint ad credendum hanc unam ſyllabam contra Fundamentum, quo omnis *Punctatio* nititur, Punctatam eſſe.

PROPOSITIO XI.

Vocalis Simplex Accentu gaudens abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex gaudet *Tempore Eſſentiali*, per §. 17. 18. Def. 2. Accentus autem eam adauget *Tempore Altitudinis*, per §. 2. Def. 14. habet ergo tum *Duo Tempora*: ac proinde per Prop. 1. & *Poſtulatum* ſequitur Vocalem Simplicem cum Accentu abſolvere ſyllabam, q. e. demonſt.

SCHOLIUM.

§. 1. Non poteſt negari, creberrimè accidere in *Pſalmis*, *Jobo* & *Proverbiis*, aliiſque libris Metricis aliquando, quod *Accentus* non debito locò adſcriptus inveniatur: ita ex. gr. *Scheva* in voce יְהוָה: ſæpius *Accentu* gaudet, & nullus alius ultimæ vel penultimæ ſyllabæ appoſitus eſt; quod longe abſurdiſſimum, quia *Accentus* præſupponunt ſyllabam legendam eſſe cui adjunguntur; docent enim modum pronuntiationis, ut viſum §. 1. 2. Def. 14. ſupponunt itaque vocalem omnino extare antequam ei adſcribuntur; ad ſyllabam enim requiritur litera & vocalis: nam ex earum conjunctione,

ctione, ſyllaba conflatur ut docuimus §. 1. Def. 5. *Scheva* verò Simplex non abſolvere ſyllabam neque vocalem eſſe, ut & neque Compoſitum, oſtendimus Prop. 4. & 5. ac proinde *Accentus* iis apponi nequit juxta linguæ analogiam. Ubi ergo iis appoſitus invenitur, quod creberrimè fit, in libris Metricis ſecundùm analogiam linguæ *Hebrææ* ei genuinus locus aſſignandus eſt; videlicet ultima vel penultima ſyllaba: nam ſecundum linguæ genium, ut in confeſſo eſt, ultimam ſyllabam occupat *Accentus*. At verò ſi in penultimâ ſyllabâ ſit Vocalis Simplex, tum revocatur *Accentus* ad penultimam ut ei ſyllabæ ſuppetias ferat. Idem præterea fit ſi lectores aliquâ de re admonendi ſunt quam aliâs non perciperent, ſi, ut ſolent, *Puncta* & *Accentus* ſe haberent. Ita ex. gr. (ו) converſivum Futuri in Præteritum *Accentum* retrahit ex ultimâ in penultimam; ſic loco יֹאמַר dicitur וַיֹּאמֶר ſæpiſſimè. Credo in genere id propter Metrum fieri, (in ſpecie enim quid dicam non habeo, quoniam nemo hactenus potuit *Accentuum* rationem in libris Metricis explicare, ut ingenuè quotquot fuêre *Grammatici* tam Rabbini quam Chriſtiani fatentur;) & Hebræos veteres verſus ſuos non eâ ſcanſione diſpeſcuiſſe in partes & legiſſe quemadmodum *Græci* ſecundùm longitudinem aut brevitatem vocalium, ſed ſecundum *Accentus*; & propterea *Accentus* ad Metrum inveniendum & pedes variè diſpoſuiſſe: ita tamen ut & leges quaſdam obſervaverint, licèt eas nunc ignoremus. Quæ enim hactenus de Metro & verſi-

verſibus Davidis, aliorumque perſcripta ſunt à Viris doctiſſimis nullam nobis lucem potuerunt adferre, quoniam nituntur *Hypotheſibus* linguæ genio adverſantibus & cum Vocalium naturâ pugnantibus. Quicquid ſit, noſtrum eſt, quamdiu Metrum carminum nos latet, iis in caſibus ex Analogiâ librorum Proſaicorum & vocum flexurâ, oſtendere ubinam *Accentus* debeat collocari; atque hoc modo *Poſtulato* ſatisfactum eſſe conſtanter in ſyllabis omnibus facilè evincere eſt.

PROPOSITIO XII.

Vocalis Simplex Metheg inſignita abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex gaudet *Tempore Eſſentiali* per §. 17, 18. Def. 2. *Metheg* autem eam retinens decorè ſuſpendit, atque ita facit ſuſpendendo Vocalem Simplicem illam ſufficere ad ſyllabam abſolvendam; retrahit enim eam ne tam citò elabatur, ut ſecus, atque ita eam *Tempore Refrenationis* adauget, per §. 1, 2. Def. 15. habet ergo tum *Duo Tempora*; ac proinde per Prop. 1. & *Poſtulatum* ſequitur Vocalem Simplicem cum *Metheg* abſolvere ſyllabam, q. e. demonſt.

SCHOLIUM.

§. 1. *Metheg* infinitis locis omiſſum eſſe communis eſt omnium *Grammaticorum* querela: dolendum pro-

profectò eſt Viros Doctiſſimos, è quorum manibus ad nos exemplaria ſic ſatis nitida devenerunt, *Fundamenta genuina Punctationis* non clariùs & diſtinctiùs percepiſſe. Imò magis dolendum eſt, Rabbinos à multis retro ſeculis, quorum operâ pleraque manuſcripta exarata ſunt, ea etiam non plenius intellexiſſe; quod ex eorum *Grammaticis* pluſquam apertum eſt: ad eorum enim Manuſcripta & Codices ex iis adimpreſſos. tanquam ad perfecta exemplaria nunc omnes excuduntur; cùm ipſi interim, qui hiſce editionibus præfuerunt confiteantur quæ diximus: è re itaque ſtudioſorum linguæ *Hebrææ* foret maximè, ſi ſecundùm linguæ analogiam & *Punctationis Fundamenta* immota *Metheg* ſuo loco poneretur: nam ita ab ingenti moleſtiâ, quam creat abſentia ejus, in punctis & ſyllabis dignoſcendis, liberarentur. Conſtat enim *Mutationis Punctorum* inveſtigationem, quæ commune μορμολυκεῖον eſt, quo ſolent abſterreri ſtudioſi à linguæ *Hebrææ* amore & ſtudio, non exiguam difficultatem habere propter crebram ֽ *Metheg* abſentiam.

PRO-

PROPOSITIO XIII.

Vocalis Duplex abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex gaudet duobus *Temporibus Eſſentialibus* per §. 18. Def. 2. ac proinde per Prop. 1. & *Poſtulatum*, Vocalis Duplex ſyllabam abſolvit q. e. demonſt.

PROPOSITIO XIV.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex ſecundum locum ante Accentum occupans non abſolvit ſyllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex gaudet duobus *Temporibus Eſſentialibus* per §. 18. Def. 2. at verò *Accentus* pronunciationem ita moderatur ut ſyllaba ſecundo loco ante ipſum acceleranda ſit per §. 1, 2. Def. 15. ac proinde aliquid de ſuâ longitudine amittit; Quandoquidem igitur *Tempora Eſſentialia* in *longitudinem* extenduntur per §. 17, 18, 19. Definit. 2. neceſſariò aliqua Mora perit; atque ita brevior fit, brevis fit Vocalis, hoc eſt Simplex: Simplex autem Vocalis non abſolvit ſyllabam per Prop. 2. ac proinde neque Vocalis Duplex ſecundum ante Accentum locum occupans Syllabam abſolvit, q. e. Demonſt.

PRO-

PROPOSITIO XV.

Vocalis Duplex Tempore truncata perit.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex *Tempore* truncata habet tantùm unum *Tempus Eſſentiale*; per §.17.18. Def. 2. ac proinde Simplex eſt Vocalis per §. eaſdem: Vocalis autem Simplex non acquirens aliunde *Tempus* novum perit, per Prop. 3. ergò Vocalis Duplex *Tempore* truncata perit, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XVI.

Vocalis ſimplex in eâdem Syllabâ habens poſt ſe literam quieſcentem, ſecundum ante Accentum locum occupans abſolvit Syllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex literam Quieſcentem poſt ſe acquirens habet *Tempus Eſſentiale* & *Tempus Literale*, per §.17, 18. Definit. 2. & §. 19. Def. 2. ac §. 1, 2, 3, 4, 5. Def. 7. *Accentus* autem facit ut Vocalis duobus locis à ſe diſtans non poſſit eâ longitudine pronunciari, quâ Duplex vocalis gaudet per §. 1, 2. Defin. 15. aliquid igitur amittere debet Vocalis Simplex literâ Quieſcente ſtipata; de ſuâ longitudine, per eaſdem §. at verò Punctum

amittere nequit quia ſolummodo unum eſt in totâ ſyllabâ; debet autem ſyllaba talis manere ſyllaba, quia *Accentus* tantùm docet accelerandam eſſe pronuntiationem iſtiuſmodi vocalis: præſupponit ergo legendam eſſe, præſupponit manere ſyllabam; ergo præſupponit manere Punctum per §. 1. Def. 5. Literam poſt ſe amittere nequit Quieſcentem, quia *Accentus* literas mutare, nequit, multò minùs auferre, ſed vocales tantùm breviores reddere. Quum itaque *Accentus* neque Punctum imminuere poteſt, quia tantùm Simplex eſt; Simplex autem imminui nequit quin pereat per §. 17, 18. Def. 2. & 3. & Prop. 3. neque literam imminuere aut multare multò minus tollere, ac proinde & *Tempus Eſſentiale* & *Literale* maneant, neceſſe eſt quod propter diſtantiam ab *Accentu* nullo modo imminuatur. Cùm itaque Vocalis Simplex, habens literam Quieſcentem poſt ſe, abſolvat ſyllabam, per Prop. 7. & talis Vocalis dicto in caſu non imminuatur, ſequitur quod ſecundum ante *Accentum* locum occupans abſolvat Syllabam, q. e. demonſt.

SCHOLIUM.

§. 1. Quod Demonſtravimus, quia novum eſt, operæ pretium erit exemplo illuſtrare, ut clariſſimè lectoribus pateat, quare nos non ſimus contenti diſtinctione vocalium communi in *Longas* & *Breves*, ſed cum *Maſorethis* ſtatuamus & cum Antiquiſſimis omnibus *Grammaticis* ac *Cabbalæ Doctoribus*

ſeptem tantùm dari veras vocales: nempe (-) (ׄ) (ׂ) (ŏ) (ׁ) (ׂ) (ׄ). Ponamus itaque פָּקִיד & פּוֹקֵד, clarum eſt ſi (ׂ) & (ו) ejuſdem naturæ eſſent, quod cæteris paribus eodem modo deberent mutari; at verò (ׂ) in Plurali in (:) mutatur, (ו) autem manet; dicitur enim פְּקוּדִים Exod. 38. 21. & פְּקֻדִים Jer 46. 25. Ubi *Maſoretha* notant לפ׳ ל h. e. *non amplius extat plenè*, (quod adducimus ne quis putaret ſuſpectam eſſe lectionem). In voce פָּקִיד prima ſyllaba eſt (פָּ) habens duo *Tempora Eſſentialia*, non eſt autem (פָּק); tum quia ſic ſequens ſyllaba à vocali inciperet, contra linguæ genium, ut liquet ex §. 1, 2, 3, 4, 5, 6. Scholii Def. 5. tum quia neceſſariò deberet eſſe(:) ſub literâ (ק) per §. 1, 2, 3, 4. Def. 11. Ultima ſyllaba eſt (קִיד) habens non tantùm *Duo Tempora* ſed *Quatuor*; unum videlicet *Eſſentiale* (ŏ), alterum *Literale* (ו), tertium *Altitudinis*, () quartum *Latitudinis* (ד) (atque ita apparet quare diximus *ad minimum unamquamque ſyllabam flagitare Duo Tempora*) hiſce poſitis ſi terminatio Pluralis Maſculina (ִים) fini apponatur, & *Accentus* loco ſuo naturali, hoc eſt, ad ſyllabam ultimam, erit פְּקִידִים. Ultima igitur ſyllaba erit, ob rationes mox allegatas, (דִים) penultima ob eaſdem (קִי): ergo prima (פְּ). Cum itaque ad *Tonum* fertur pronuntiatio, & (ׂ) ſecundam ſyllabam ante *Tonum*, ſeu *Accentum* occupat, eaque genuina vocalis eſt conſtans *Duobus Temporibus Eſſentialibus*, ac proinde Longitudine requiſitâ efferri nequit, per Prop. 14. ſequitur quod (ׂ) uno *Tempore* truncandum ſit; quo facto

Sim-

Simplex eſt per Prop. eandem. Simplex autem vocalis perit per Prop. 3. ergo loco (ְ) ibi ponendum eſt indicium vocalis abſentis, hoc eſt, vinculum docens literam (פּ) ſequenti (ק) eſſe adjungendam; & per vocalem (וּ) eſſe movendam, per §. 1, 2, 3, 4. Def. 11. eſt ergo neceſſariò פְּקוּדִים, quemadmodum & experientia univerſalis docet. In פּוֹקֵד verò longè aliter res ſe habet, licèt par ſit, ſi *Tempora* reſpicias, ipſi פָּקוּד; nam prima ſyllaba eſt (פּוֹ) ob rationes ad (פָּ) motas, habens *Duo Tempora*, unum videlicet *Eſſentiale* (ô) alterum literale (ו): ultima ſyllaba eſt (קֵד, habens *Quatuor Tempora*,) videlicet *Duo Eſſentialia* (..) unum *Altitudinis* (ק), & unum *Latitudinis* (ד). Hiſce poſitis ſi etiam terminationem (ִים) adjiciamus fini cum *Accentu*, erit פּוֹקְדִים, in quô vocabulo ſyllaba ultima erit (דִים), ob rationes dictas antea, penultima (קְ), prima (פּוֹ): (ו) itaque & hîc ſecundum ante *Accentum* locum occupat, quemadmodum (ְ) in (פָּ); at verò manet nihilominus: ponamus enim quod vocalis hæc *Morâ* in ſonando privaretur, deberet (ô) auferri, ob rationes in Prop. 16. allegatas; eſſet itaque ſcribendum פּוּקְדִים atque ita ſub (פ) & (ו) deberet eſſe (:) hoc pacto, פְּוְקְדִים, Cùm itaque tres conſonæ nunquã ante vocalem legantur ab *Hebræis* (unde nullum exemplum eſt in totâ S.Scripturâ,ubi tres conſonæ vocalem in eâdem ſyllabâ præcedunt) & hoc in caſu legi deberent; Scheva enim non abſolvit ſyllabam per Prop. 4. hinc neceſſariò unum Scheva in vocalem eſſet mutandum. Si autem prius

mutaveris debes tantùm reſtituere quantum (*ò*) valet, eſt enim Vocalis Simplex, ut contra omnes *Grammaticos* oſtendimus Def. 2. §. 15. ac proinde non poteſt inſtitui *Mutatio*; ſi enim poſteriori loco Vocalis Simplex poteſt manere ſub (פ), & priori loco manere poſſit neceſſe eſt; ſi verò poſterius Scheva mutaveris, neceſſariò in vocalem geminam mutandum erit, quoniam ullum ſubſidium poſt ſe acquirere nequit; litera enim ſequens ad ſequentem ſyllabam ſpectat, & *Accentus* eſt in ultimâ ſyllabâ; ergo per Prop. 15. *Tempore* truncaretur, atque ita periret; Scheva proinde neceſſariò foret reſtituendum: eodem modo ac (.) in פִּקוּדִים manere nequit, ſed in (:) tranſit. Non igitur poteſt eſſe פּוֹקֵדִים, & nulla ratio eſt quare non eſſet פּוֹקֵדִים, quia nullâ vocali convenientiori poteſt condecorari: nulla enim ita aptè conſpirat cum (ו) quam (*ò*), manet itaque פּוֹקֵדִים, quod & experientia teſtatur. Conſtat ergo (..) eo loco manere non poſſe, & (:) manere, quod quærebatur. Atque ita luce meridianâ clarius eſt omnes *Grammaticos* hactenus, qui vocales diſpeſcunt in *Breves* & *Longas*, & pro longis ex æquo habent (.) (..) (.) (:) (ו) toto cœlo à *Maſoretharum* mente & genuinâ Punctorum intelligentiâ aberraſſe.

§. 2. At verò palàm eſt ex omnibus exemplis quod פּוֹקֵד in Plurali non habeat פּוֹקֵדִים ſed פּוֹקְדִים, quod quare, & quomodo fiat etiam in gratiam tyronum enodare non infrugiferum erit. Conſtat Vocalem Duplicem ante literam mobilem in eâdem

dem ſyllabâ *Tempore Eſſentiali* privari ex ℌ. 2. 3. 4. Def. 8 ſi concipiatur itaque ex פּוֹקֵד *Accentum* auferri antequam (ים) apponatur, clarum eſt quod (ֵ) tranſibit in (ְ),tum ſi apponas (ים) erit פּוֹקְדִים: oſtenſum autem eſt Vocalem Simplicem non abſolvere ſyllabam in Prop. 2. ac proinde ubi ſola manet ſub literâ perire debere per Prop. 3. atque ita loco פּוֹקְדִים neceſſariò ſcribendum eſt פּוֹקְדִים ut ſemper fit. Ita, inquam, id fieri, & eo ordinè Puncta tum mutari cenſendum eſt, quia ſi *Accentus* concipiatur tamdiu manere donec (ים) apponatur, utique (ֵ) manebit, quod & in nominibus ſæpiſſimè fit. Sic ex. gr. זָקֵן in Plurali habet זְקֵנִים (ְ) in Scheva tranſeunte propter diſtantiam ab Accentu; quod tum hoc ordine concipiendum venit: pone ſcriptum eſſe זָקֵן (quomodo (ָ) & quare in (ְ) mutetur ex præcedentibus clarum eſt) ſi apponas (ים) neceſſariò (ן) vergit ad ſyllabam ultimam, quia ſyllaba non incipit à vocali ſed ſemper à literâ per ℌ. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Schol. Def. 5. ergo זְקֵנִים ita dividendum eſt in ſyllabas נִים | זְקֵ; ubi (ֵ) remanet, quia non corripitur quandiu *Accentus* adeſt; *Accentus* enim ſervat vocalem ne pereat; nam cùm *Accentus* doceat quomodo vocalis efferenda ſit, cui adſcribitur, per ℌ. 1. 2. Def. 14. adeoque ad literas non ſpectet præſertim mobiles, quia illæ non *ſonant* ſed ſonum vocalium tantùm *repellunt*, præſupponit vocalem eſſe legendam cui adſcriptus eſt. At verò ſi *Accentus* expunctus eſt, ante mobilem ſtare nequit ſine *Mora* detrimento

ut ex §. 2. 3. 4. Def. 8. clarum eſt. Tota igitur differentia ex eo oritur, quod ubi mutatur (־) in (ׄ) concipiatur priùs *Accentus* auferri; & ubi manet, concipiatur priùs apponi (׃׃׳); atque ita literam (ו) trahi ad ſyllabam ſequentem.

PROPOSITIO XVII.

Vocalis Duplex euphoniæ causâ Tempus aliud includens, quod exprimi debebat, licèt ſecundum ante Accentum occupet locum, abſolvit ſyllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex per ſe abſolvit ſyllabam per Prop. 13. cùm ergo *ex Hypotheſi* aliud *Tempus* includit, *Tribus* conſtat *Temporibus*. Si itaque propter diſtantiam ab *Accentu Tempore* privanda eſt, quod fieri debere liquet ex Prop. 14. adhuc duo retinet *Tempora*; ac proinde, per *Poſtulatum*, ſyllabam abſolvit. q. e. demonſt.

PROPOSITIO XVIII.

Vocalis Duplex literam quieſcentem poſt ſe in eâdem ſyllabâ acquirens, licèt ſecundum ab Accentu locum occupet, abſolvit ſyllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex habet *Duo Tempora Eſſentialia* per §. 18. Def. 2. ſi ergo *ex Hypotheſi* poſt ſe acqui-

acquirat *Literam Quieſcentem*, beatur *Tempore Literali* per §. 19. Def. 2. ſi itaque propter diſtantiam ab *Accentu Tempore* uno truncanda eſt, per Prop. 14. neceſſariò auferenda eſſet illa litera, ſeu quod idem eſt *Tempus Literale*; quoniam impedit *Accentus* quominus vocalis ſuâ Longitudine efferri poſſit, ac proinde non in initio, non in medio, ſed in fine corripienda eſt; nam permittit vocalem efferri, & tantùm docet eam non eâ Longitudine qua venit efferri debere: litera ergo eſſet auferenda, quæ cum vocali in unum coaluit, ut viſum §. 14. Def. 2. & §. 1. 2. 3. 4. 5. Defin. 7. quia poſteriori loco venit & in fine vocalem prolongat: licèt ergo illa auferretur atque ita privaretur uno *Tempore*, duo nihilominus retineret *Tempora*: ac proinde, per *Poſtulatum*, abſolveret ſyllabam. Vocalis itaque Duplex *Literam Quieſcentem* poſt ſe in eâdem ſyllabâ acquirens; licèt ſecundum ab *Accentu* locum occupet, abſolvit ſyllabam, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XIX.

Vocalis Duplex ſine Accentu literam Mobilem acquirens poſt ſe in eâdem ſyllabâ mutatur in ſimplicem.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex gaudet *Duobus Temporibus Eſſentialibus* per §. 18. Def. 2. at verò *Litera Mobilis* ſequens in eâdem ſyllabâ eam privat

Tempore uno, per §. 2. 3. 4. Def. 8. niſi *Accentus* ei ſuppetias ferat, vel *Metheg*; tum enim *Tempore* non exuitur, per Prop. 11. 12. & §. 2. Scholii ad Prop. 16, retinet itaque tantùm unum *Tempus Eſſentiale*; ac proinde Simplex eſt, per §. 17. 18. Def. 2. Vocalis itaque Duplex ſine Accentu *Literam Mobilem* poſt ſe acquirens in eâdem ſyllabâ mutatur in Simplicem, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XX.

Vocalis Duplex Accentu deſtituta ante Dages forte mutatur in Simplicem.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex habet *Duo Tempora Eſſentialia*, per §. 18. Def. 2. at verò uno exuitur ſi *Literam Mobilem* poſt ſe arripere tenetur, *Accentu* deſtituta, per Prop. 19. Idem autem eſt eſſe ante *Dages forte* ac *Literam Mobilem* poſt ſe debere aſſumere, per §. 1. 2. 3. Def. 9. Ergo & *Tempore* uno *Eſſentiali* privatur; ac proinde unum tantùm retinet, per §. 17. 18. Def. 2. atque ita Simplex eſt per eaſdem §. Ergo Vocalis Duplex *Accentu* deſtituta ante *Dages forte* mutatur in Simplicem, q. e. demonſt.

PRO-

PROPOSITIO XXI.

Vocalis Simplex, Literâ Quieſcente ſtipata, acquirens Mobilem poſt ſe in eâdem ſyllabâ, licèt Accentu careat, duo Tempora retinet.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata habet unum *Tempus Eſſentiale*, per §. 17. 18. Def. 2. & unum *Literale*, per §. 19. Def. 2. *Litera Mobilis* autem Simplicem Vocalem in ſe incurrentem reddit duplo *Latiorem*, per §. 1. 2. 3. Def. 8. ergo Simplicem *Literâ Quieſcente* ſtipatam in ſe incurrentem minuere nequit: nam Punctum auferre non poteſt, quia ſic vocalis deſineret eſſe vocalis, quandoquidem uno Puncto abſolvitur Vocalis Simplex, per §. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Defin. 2. 3. *Literam Quieſcentem* auferre non poteſt, quia ſonum vocalis ſolummodô reſpicit, ut conſtat & ex 2. 3. Defin. 8. Cùm itaque nec Vocalem nec literam auferre poteſt, ſequitur Vocalem Simplicem, *Literâ Quieſcente* ſtipatam, licèt *Accentu* careat, retinere duo Tempora, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XXII.

Vocalis Simplex, Literâ Quieſcente ſtipata, acquirens Mobilem poſt ſe in eâdem ſyllabâ, licèt Accentu careat, tria poſſidet Tempora.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata habet unum *Tempus Eſſentiale*, per §. 17. 18. Def. 2. & unum *Literale*, per §. 19. Defin. 2. *Littera* autem *Mobilis* in eâdem ſyllabâ Vocalem Simplicem ſequens eam auget *Tempore Latitudinis*, per Prop. 8. Cùm itaque Vocalis Simplex tali in caſu *Tempus* ſuum *Eſſentiale* retineat & *Tempus Literale*, per Prop. 21. atque *Tempus Latitudinis* acquirit, *tria Tempora* habet. Vocalis ergò Simplex, *Literâ Quieſcente* ſtipata, acquirens *Mobilem* poſt ſe in eâdem ſyllabâ, licèt *Accentu* careat, *tria Tempora* poſſidet, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XXIII.

Vocalis Simplex, Literâ Quieſcente ſtipata ante Dages forte, licèt Accentu careat, retinet Duo Tempora.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata, habet unum *Tempus Eſſentiale*, per §. 17. 18. Defin. 2. & unum *Literale*, per §. 19. Defin. 2. Ante *Dages forte* autem ſtare & *Literam Mobilem* poſt ſe aſſumere coincidunt, per §. 1. 2. 3. Defin. 9. At verò Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata, licèt careat *Accentu* acquirens *Mobilem* poſt ſe, retinet *Duo Tempora* dicta, per Prop. 21. Ergo Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata ante *Dages forte*, licèt *Accentu* careat, retinet *Duo Tempora*, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XXIV.

Vocalis Simplex, Literâ Quieſcente ſtipata ante Dages forte, licèt Accentu careat, tria poſſidet Tempora.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata habet unum *Tempus Eſſentiale*, per §. 17. 18. Defin.

Defin. 2. & unum *Literale*, per §. 19. Defin. 2. Ante *Dages forte* autem ſtare, & *Literam Mobilem* poſt ſe aſſumere coincidunt, per §. 1. 2. 3. Defin. 9. At verò Vocalis Simplex *Literâ Quieſcente* ſtipata, licèt careat *Accentu*, acquirens *Mobilem* poſt ſe, poſſidet *tria Tempora* per Prop. 22. Ergo Vocalis Simplex, *Literâ Quieſcente* ſtipata, ante *Dages forte*, licèt *Accentu* careat, *tria* poſſidet *Tempora*, q. e. demonſt.

PROPOSITIO XXV.

Vocalis Duplex, licèt ſecundum ante Accentum occupet locum, ſi Metheg habeat ſibi adjectum, abſolvit ſyllabam.

DEMONSTRATIO.

Vocalis Duplex diſtans duobus locis ab *Accentu, ex Hypotheſi*, corripienda eſt in Simplicem, per priorem partem Prop. 14. At verò *Metheg* retrahit vocalem, cui apponitur, ne acceleretur, eamque ſuſpendit donec moram ſibi competentem adimpleverit, per §. 2. Defin. 15. manet ergo Vocalis Duplex propter *Metheg* ut eſt: ac proinde cum per ſe Duplex ſyllabam abſolvat, per Prop. 13. Vocalis Duplex, ſecundum ante *Accentum* locum occupans, ſi *Metheg* habeat ſibi adjectum, abſolvit ſyllabam, q. e. demonſt.

LIBRI POSTERIORIS

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

G.-1.c.-3.